tione luminis ad superficies partiū politarꝫ/ꝓpter qđ lapis dicitur
aliquantulū lucere in tenebris sicut noctiluca. In die em̄ tegitur lux
que est incorporata diaphano in lapide ꝓpter maius lumen/sed in
nocte lucet/⁊ ideo in die lapis ille albus videt̄ sicut noctiluca. Horꝫ
aūt omniū perfecta ratio tradi habet in scientia de sensibiliū gene-
ratione. Inuenit̄ aūt lapis multorꝫ valde colorꝫ/ꝓpter qđ etiam pan
thera vocat̄/cuius omnes colores causant̄ ex diuersis substantijs ex
quibus componunt̄ partes: eadem em̄ ratio est in toto ⁊ in parte
quo ad corporis tincturam. Tanta igitur ⁊ tot ad scientiā colorꝫ qui
inueniunt̄ in lapidibus preciosis dicta sunt. Ametistus aūt sequitur
rubinum in perspicuo obscuro Et calcedonius sequitur berillum in
substantia quasi perspicua lutea ⁊ feculenta sicut plumbum imitatur
argentum.

¶Cap.terciū tractatus secundi De coloribus lapidum perspicuoꝝ nō terminatoꝝ ⁊ non preciosoꝝ.

Lapides aūt hi qui perspicue ⁊ non terminate inueniunt substantie multoꝝ valde sunt coloꝝ: ⁊ sunt quatuor generꝝ vt in cōmuni sit dicere/silices videlicet thophi ⁊ quadrū ⁊ marmor. In omnibus his generibus inueniunt colores multi niger/videlicet glaucus virens aliquantulū ⁊ albus. Extra genus aūt marmoꝝ vix rubeus magnus lapis sed paruuli rubei inueniunt precipue in marmoꝝ generibus. Et de oīnibus generibus coloꝝ eadem est ratio que in p̄cedentibus dicta est/sed hoc accidit generibus marmorū ꝙ abstracte ab eis partes micant aliquantulū sicut metallis mixte sint. Et hoc ꝯtingit hac de causa ꝙ in substantia eoꝝ cōmixtū ingredit perspicuū/cuius superficies quando est inspissata in partibus fulget vel micat. Et hec vna causaꝝ est quare est nobilius genus marmoꝝ ceteris generibus lapidū. Niger aūt frequenter in tali genere lapidū causat ex terrestri fuliginoso cōmixto coagulato. Albus aūt ex terrestri subtilissimo qđ cōmixtū est aqueo multo/hoc eñ albescit decoctū sicut facit terrestre in caseo ⁊ lacte. Glaucus aūt causat ex terrestri opaco qđ alterauit modicū album qđ ex terrestri subtili ⁊ aqueo multo coagulari cepit. Virens aūt in omni genere causat ex multo aqueo vaporibus simul irrorantibus in mixto ⁊ sic coagulato. Quadꝝ aūt genus est habens plures vel omnes has mixtiones in partibus ꝓpter multi generis materias in loco illo ꝯgregatas. Thophi aūt frequenter aut terrei sunt coloris aut albi sicut pumices Hoc eñ genus lapidis ex terra in qua spumat aqua eidem terre commixta generat: ⁊ ideo cum calido coagulatū est digestione que optesis vocat/spongiosum ⁊ leue inuenit. Pumex aūt fit ex aqua magna cuius spuma vehementer passa est a terrestri sibi ꝯmixto/⁊ ideo est albus ꝓpter spume talis albedinem. In generibus aūt marmoꝝ album qđ vocatur alabaustrū absq̧ omni ambiguitate componit ex multo perspicuo qđ est alteratū ⁊ passum vehementer a terrestri subtili/⁊ sic resultat in eo color nobilissimus micans: hoc aūt qđ vocat porfiriticū marmor habet colorem obscure carnis cū albis guttulis ⁊ nos iam diximus causam talis coloris. Silices vero vt plurimum sunt fusci coloris/cuius etiam causa est sufficienter assignata. Sufficiat ergo de coloribus lapidū hoc qđ nunc dictū est.

¶Capl'm quartū De causa duriciei diuerse que est in lapidibus.

Dicemus ꝯsequenter de diuersitate duriciei que multaꝝ diuersitatū inuenit in lapidibus. Omnia eñ genera lapidū preciosoꝝ adeo sunt dura ꝙ nec lima aliquid ab eis tollit

qõ collisi ad se fortiter vt ad calibem induratam emittunt ignem.
Econtra vero fere omne genus thophi ita inuenit̃ parum habens de
duricie ꝙ modico instrumento inscisibile est: lapides aũt quidam
albi qui vulgariter creta vocant̃/ꝛ quidam etiam molliores ꝛ albio
res inueniunt̃ minus habentes de duricie in genere lapidũ. Omne
aũt genus silicis durissimũ est/ꝛ post hec marmora in genere suo.
Quadrum aũt mediũ est in duricie lapidũ ꝛ tamen in illo inuenit̃
maior ꝛ minor duricies/sed hoc accidit cõmuniter lapidibus durio
ribus qui diu iacentes in aere tempore frigoris postea ad solem scin
dunt̃ in multas partes. Econtra aũt qui sunt minus duri nisi sint
male cõmixti quasi in modũ calcis combusti optesi coagulante q̃n-
to diutius in aere iacent in edificijs meliores efficiunt̃ ꝛ duriores/ꝛ
nõ scindunt̃ ex frigore. Phisici aũt est assignare causam hoꝝ acciden
tium ex materia ꝛ efficiente/quemadmodũ in alijs dictum est. Dica-
mus igitur ꝙ causa generalis duriciei est siccitas. Cum eñ durũ sit Causa duriciei.
habens potentiam naturalem ad resistendũ tangenti/ꝛ molle eius
nature habeat impotentiã: nõ potest causari nisi ex sicco qõ in seipo
stat nõ cedens ad alterũ. Siccitas aũt ex duobus causat̃ in natura la
pidum/sicut superius patuit. Aut eñ est ex hoc ꝙ ex terrestri mate-
ria calidũ epotauit humidũ/ꝛ ideo remansit terre induratum. Aut
est ex hoc ꝙ siccitas frigidissima vehementer apprehendit humidum
perspicuũ ꝛ ipsum ad sui ꝓprietatem ꝯuertendo expressit humidum/
materiã vehementer comprimendo ꝛ indurauit ꝛ excellenter compe
git/sicut est in lapidibus perspicuis/ꝓpter qõ durissimi sunt/ꝛ col-
lisi etiam ignem emittunt/ꝛ nõ sustinent limam/sed oportet ꝙ qua-
si lapsando ꝛ confricando polliantur. In ceteris aũt lapidibus ex Alia causa duriciei.
materia terre factis: causa duriciei maioris non est nisi maior aridi
tas q̃ causata est ex calido fortiori vel minus forti ex parte efficientis
ꝛ ex humido facilius ꝛ minus faciliter a materia separabili quantũ
est de parte materie/vnctuosum eñ valde humidũ de facili continu
atur/ꝛ omnino aqueũ de facili vaporat/propter qõ lapides qui sũt
vt creta/vel molliores q̃ȝ creta/valde albi sunt/ꝛ tincturam albam
relinquunt in his que tangunt/pro certo humido valde euaporabi
li cõmixti sunt/ꝛ calido excellenti vltra coagulatõis mensurã com-
busti sunt/ꝛ iam calcinari inceperunt/ꝓpter qõ in muris nõ rema-
nent/quia sicco calcinato exterius semper sunt asperi/ꝛ hoc recedẽs
in cementi tenacitatem relinquit aliam partem lapidis cemento nõ
ꝯglutinatã/ꝛ ideo cadunt de muris lapides isti/ꝛ murus de ipsis
post modicũ dum efficit̃ sicut materia. Silices autem durissimi sunt Cur silices sint durissimi
eo ꝙ humidũ eorum nõ separabile a materia multum est epotatũ/ꝛ
vehementi ariditate terrestri est induratũ. Et ideo etiã illi cementũ

nō bene accipiunt/eo q poris eorum ꝯstrictis nō imbibit/ꝓpter qḋ in archithectonicis lathomi his raro vtunt/ꝛ dicunt q isti lapides scindunt muros. Marmorꝫ aūt genera alia optime cōmixta sunt/ꝛ vehementer decocta/ꝛ ideo dura sunt ꝛ eorū muris apta. Sed quadri lapides plus ceteris ꝯueniūt edificijs/ꝛ quando vehementer duri sunt/tunc siccitas est eorū magna/ꝛ paruū humidū ꝯtinuans partes/qḋ quando frigore ꝯgelatur relinquit exteriores partes ꝛ fugit ad interiores/ꝛ est tale humidū nō bene partibus incorporatum/ꝛ ideo de facili mouet ad interiora ꝛ exteriora/ꝓpter qḋ postq̄ ipsum frigus comprimens mobile fecit/epotat a proximo calido solis/ꝛ tunc in diuersa diuidit lapis. Econtra aūt lapides aliquantulū humidi humido bene membris lapidis inuiscato in aere vehementer exiccant/ꝛ ideo duriores ꝛ meliores in edificijs per longitudinem temporis efficiunt. In thophis aūt causa molliciei est humidū non vehementer extractū nec terreo excellenter cōmixtū/ꝛ ideo mollis est thophus/ꝛ ad ignem positus nō coquit vt later sed format in cinerem terrestrem. Hec igitur de duricie lapidū dicta sunt/ex his enim ꝛ alie diuersitates de facili possunt cognosci.

Causa molliciei thophi

Capitulum quintum De dolabilitate ꝛ indolabilitate lapidum.

Ex istis iam patere potest dolabilitatis ꝛ indolabilitatis causa. Lapides eñ excellenter duri dolabiles nō sunt/sed cōminuibiles in parua: ꝛ quando ordinatos nō habent poros/nō scindunt ad regulam. Sicut eñ in lignis ꝯtingit nodositas ex diuerso fluxu sicci ex quo ligni generat corpus: ita ꝯtingit ex diuersa cōmixtione in lapidibus ꝛ materie ꝯfusione/ꝛ nodositas illa facit q lapis inordinate frangat ꝛ nō ad regulam/durissimi tamē ꝛ siccissimi lapides siue nodosi sint siue nō/cōminuibiles sunt magis q̄ dolabiles/eo q ꝯstrictione aut optesi constricti ꝛ districti sint pori in illis/ita q in diuersa dematur scissura ꝛ diuisio ipsoꝝ. Qui cūqꝫ aūt nō vltra temperamentū lapidis sunt constricti vel indurati dolabiles bene sunt ꝛ secabiles ad regulam/licet nō possint secari vt ligna/sed potius per partes minutatim extractas reliquo corpore lapidis simul manente. Iste igitur est modus dolabilitatis ꝛ indolabilitatis lapidis. Hoc etiam ostendunt ipsa artis lathomorū instrumenta/lathomi eñ lapides dolabiles sunt ad regulam ꝭm totam superficiem lapidis. Indolabiles qui cōminuibiles sunt nō in tota superficie dolant/sed sufficit q plures anguli nō plane sed aspere superficiei pertingāt ad lineam/sicut dicunt facere lathomi lesbij/eo q in Lesbia insula non nisi lapides cōminuibiles inueniant.

¶ Capl'm sextū De causa porositatis ⁊ compactionis lapidū/ ⁊ grauitatis ⁊ leuitatis eorundem..

Iuxta hunc modū etiam determinat de causa porositatis lapidū ⁊ causa compactionis eorundem. Inueniunt eñ lapides quidam tante porositatis q̄ natant super aquā sicut lapides quos eicit vulcanus/ ⁊ pumices quidā compactissimi inueniunt sicut lapides preciosi ⁊ marmorꝫ genera: quidam aūt quasi medij inueniunt inter hec. Et causa quidem porositatis nō est alia nisi quia humidū nō totum cōmixtū fuit cū terrestri/ sed in diuersis partibus eius stetit/ sicut in vase qđ cum epotatū fuit optesi remanserunt foraminеta/ ⁊ factus est lapis porosus/ ꝓpter inclusum aerem in foraminibus illis natans super aquam. Compactio aūt precipue facta partiū est ab humido vndiqꝫ penetrante lapidis materiā/ propter qđ quamlibet partem eius fluere facit ad quamlibet partem/ ⁊ ideo compactus factus est lapis/ hocautem humidū est corporale ⁊ aqueū/ aut spirituale aut aereum. Et quia aereum subtilius est q̄ aqueum/ ideo compactioris substantie sunt lapides ex vaporibus cōmixti q̄ ex alia substantia aquea vel terrea. De causa aūt grauitatis aut leuitatis lapidū superfluū est hic intendere cum de hoc in de celo ⁊ mundo sufficienter sit pertractatū/ vbi ostensum est quare lapides leuiores sub aqua mergunt/ cum ligna grauiora supernatant aquis. Hec igitur in cōmuni de lapidibus dicta sunt.

Causa porositatis lapidum

Causa cōpactōis

¶ Capitulum septimū De causa multitudinis paruorꝫ lapidū iuxta littora/ ⁊ de ordine laterꝫ qui aliqñ in littoribus quasi artificialiter positi inueniunt.

Preter omnia iam dicta accidit aliqñ iuxta ripas fluuiorꝫ ⁊ mariū inueniri multitudinem magnam paruorꝫ lapidū colligatorꝫ quasi cemento fortissimo: ac si de muro aliquo sumpti sint: ꝓpter qđ etiam putant quidam opera antiquorꝫ fuisse ibi ⁊ destructa per aquam. Et q̄ mirabilius est per totam longitudinem littoris inuenit aliquando ordo laterū/ ac si artificialiter ibi positi sint/ cum tamen hoc nō videat esse opus artis/ eo q̄ valde tenue est/ nō habens modū muri alicuius/ sed tantum later iuxta laterem sic nihil supra se vel infra se de lateribus. Dico aūt q̄ causa primo inter ista duo videlicet q̄ lapides parui quasi cemento inueniuntur ꝯglutinati/ est q̄ primo coagulati fuerunt illi silices diuersi/ ⁊ fuit in loco illo materia ad modū calcis adusta per optesim/ cui postea influens aqua cōmiscuit eam/ ⁊ lapides per eandem iterato decocti ꝯglutinati sunt. Est aūt durissimū illud cementū/ quia quotienscūqꝫ decoquit optesi siccam terrestre calcinat/ ⁊ iterato optesi supra modū durum efficit quasi inconsumptibile per ignem. Hoc aūt

Miraculum

in operibus ꝓbatur artis/vbi testa contrita ꝛ calcinata ꝛ iterũ hu‑
mido cõmixta in testã formata ꝛ optesi coagulata durissima efficit/ꝛ
inconsumptibilis ab igne/ꝓpter qđ taliter facta vasa querunt artifi‑
ces cum fundunt metalla. Non est aũt causa alia quare lateres ab ar‑
te tantũ etiam nõ a natura fieri dicant. Si eñ lutum tenax in terra
cõmisceat ꝛ calido postea incluso in terra decoquit/later melior fit
in terra per naturam ꝙ̃ per artem/ꝛ hoc maxime iuxta littora ma‑
rium ꝛ ripas fluuioꝝ fieri potest/eo ꝙ illa loca humida frequenter
miscent/ꝛ radijs solis calefiunt/ꝛ solida sunt ad continendũ intra
calorem ne euaporat. In talibus etiam solis locis hmõi impressio
inuenit. Non eñ esset ratio quare ars vnum laterem poneret iuxta
alium ſm vnius linee ordinem tantũ nihil amplius edificando.

¶ Caplm octauũ De quibusdam lapidibus habentibus intus ꝛ extra effigies animalium.

Admirabile omnibus videtur ꝙ aliqñ lapides inueniuntur intra ꝛ extra habentes effigies animalium. Extra eñ habent lineamenta ꝛ quando frangunt inueniuntur in eis figure intestinoꝝ. Et huius causam dicit Auicenna esse ꝙ animalia ſm se tota aliquando mutant in lapides ꝛ precipue in lapides salsos. Dicit eñ ꝙ sicut terra ꝛ aqua sunt materia lapidũ/ita etiam materia lapidũ sunt animalia/que cum in locis in quibus vis spirat lapidificatiua transeunt ad elementa ꝛ apprehendunt a qualitatum ꝓprietatibus/que sunt in illis locis/ꝛ mutantur elementa que sunt in corporibus taliũ animaliũ in dominans elementũ terrestre videlicet cõmixtum cũ aqueo/ꝛ tũc virtus mineralis ꝯuertit ipsum in lapidem ꝛ retinent figuras suas membra intus ꝛ extra sicut ꝑus: sunt aũt hmõi lapides salsi nõ duri frequenter/quia oportet virtutem esse fortem que sic transmutat corpora animaliũ/ꝛ hoc comburit aliqñtulũ terrestre in humido ꝛ sic generat salis saporem. Hoc aũt testatur fabula Gorgonis que ad se respicientes dicit ꝯuertisse in lapides. Gorgon virtutem fortem mineraliũ vocauerunt/respectum aũt ad eam vocant dispositionem humorum corporum ad virtutem lapidificatiuam. Hec igitur sunt que de lapidibus in cõmuni videbantur dicenda.

Opinio Aui. đ effigiebus animaliũ in lapiđ.

¶ Finitur liber primus de mineralibus.

¶ Incipit liber secũdus qui est de lapidibus preciosis. Capitulũ primũ de causis virtutũ lapidũ preciosorum et redargutione dicentium in lapidibus non esse virtutes.



Onsideratōem aūt facientes de lapidibus ꝓciosis non loquemur de causa coloris eoꝝ: Neqꝫ de passibilitate eorū vel duricie vel aliquo hmōi/eo ꝙ de omībus his in superiori libro expeditū est/quantū sufficit ad hanc intentionem/sed tria sunt que potissime sunt inuesti-ganda/virtutis eorū causa videlicet ⁊ descriptio eorū sigillatim/⁊ sigilla que inueniunt̄ in quibusdam eorū depicta. His tribus habitis nō querimus amplius phisice scire de lapidū natura. Causa aūt virtutis lapidū occulta est valde/⁊ varia in ea sensisse vident̄ multi phisiologoꝝ. Multi etiam dubitare vident̄ an insit lapidibus vir-tus aliqua de his que vident̄ esse in eis/sicut curare antraces/fugare venena/ꝯsiliare corda hominū/facere victorias/⁊ hmōi asserentes nihil inesse composito nisi ex compositione ⁊ compositis. Operatio em̄ talis qualis dicit̄ inesse lapidibus non causat̄ ex componentibus eosdem. Ex illis em̄ nō conuenit eis nisi calidū ⁊ humidū ⁊ durū ⁊ passibile esse ⁊ hmōi que in accidentibus determinata sunt. Amplius aūt cum nobiliora sint animata ꝙ̄ lapides deberent vt inquiunt potius habere virtutes que lapidibus attribuunt̄ ꝙ̄ lapides. His igitur ⁊ hmōi rationibus vtunt̄ qui nullas ꝯcedunt lapides/virtu-tes habere. Huius aūt ꝯtrariū expertū est sapientissime/quoniam magnetem videmus ferrū attrahere/⁊ adamantem illam virtutem in magnete restringere. Adhuc aūt expertū est saphiros aliquos antraces fugare ⁊ vnū tale vidimus oculis nostris: hoc etiam ab omībus vulgatū est/⁊ nō potest esse quin in toto vel in parte sit verum qđ ab omnibus cōmuniter est dictū. Fuerunt aūt aliqui qui etiā virtutes speciales lapidibus dabant/⁊ hoc ab anima lapidū esse dice-bant: ⁊ sunt quidam pictagoricoꝝ/hi enim dicunt solius anime esse hoc/⁊ nō in vna materia tantū sed ab vna extendi in aliam per ope- *Pitha-*
rationes animales: sicut homo ad intelligibilia extendit intellectū *gorici*
etiam imaginationem ad imaginabilia Et hoc modo dicunt animā vnius hominis vel alterius animalis egredi vel ingredi in alterū/ ⁊ fascinare ipsum ⁊ impedire operationes ipsius/ꝓpter qđ precipiūt *fascinare*
in operationibus cauere ⁊ declinare oculū fascinantem. Et hoc etiā modo dicunt quidam augures impedimentū ⁊ profectū opationum fieri visu ⁊ auditu auium quarundam/vel aliarū bestiaꝝ. Isti ergo tales dant animas lapidibus ⁊ ipsas extendi ad naturas que lapi-dibus attribuunt̄. Schola autem pictagoricoꝝ quam in multis secutus est Democritus/qui lapides animas habere dixit/omnia plena *Demo-*
dijs esse dogmatizat/sicut in carminibus suis postea cecinit. Orphe *critus*
us em̄ dicebat deos virtutes diuinas in rebus diffusas: deū etiā ni *Orpheꝰ*
hil aliud esse nisi illud qđ res format in omnibus rebus diffusum.

rabilia operari non cessat. Dicunt etiam isti ꝙ si opationes iste ele-
mentis attribuerent / sicut quidam dixerunt pictagorici / aut elemen
torum complexioni / ꝙ tunc sicut complexio est vnica ita operatio la
pidis esset vna: Nunc aũt multas videmus. Adhuc aũt siue quali-
tas elementalis opetur per se / siue in complexo nõ operant̃ qualita-
tes elementales nisi transmutando materiam quam afficiunt / nulla
aũt tali transmutatione facta substantie vident̃ operari lapides pre
ciosi / ꝑpter qḋ etiam alicuius separati principij videtur esse operatio
Hermes istoꝝ. Hec igitur est opinio platonicoꝝ. Hermes aũt ⁊ quidam se
quaces eius indoꝝ plurimi multa de vniuersali virtute disserentes
dicebant omniũ inferioꝝ virtutes esse in stellis ⁊ imaginibus celoꝝ
Omnes aũt virtutes infundi in inferioribus omnibus per circulũ
alaur / quoniam primũ circulũ imaginũ celestiũ esse dicebant: has
aũt virtutes descendere in res nature nobiliter ⁊ ignobiliter. Nobi
liter aũt ꝙ quando materie recipientes has virtutes fuerint superi-
oribus magis similes in lumine ⁊ perspicuitate. Ignobiliter autem
quando materie fuerint ꝯfuse ⁊ feculente in qua quasi opprimit̃ vir
tus celestis. Hanc igitur causam isti dicunt quoniã lapides ꝑciosi
pre alijs habent mirabiles virtutes / quia videlicet in substantia ma
gis similant̃ superioribus ⁊ in lumine ⁊ perspicuitate / ꝑpter quod a
Stelle e- quibusdam eorum / stelle elementales esse dicunt̃ lapides preciosi. In
lementa- superioribus enĩ vt inquiũt quasi quattuor colores inueniunt̃ / qui
les etiam frequentiores sunt in lapidibus preciosis. Quoꝝ vnus est or-
Quattu- bis nõ stellati / qui ab omnibus dicit̃ saphirus ⁊ hunc colorem pri-
or colo- mo habet saphirus ⁊ denominat: participant aũt ipsum posterius
res gem- alij quidem lapides. Scḋus aũt est qui est pluriũ stellarum ⁊ est ille
marũ ad qui vocatur lux candens ⁊ albescens / ⁊ hunc colorem habet dyamas
exemplar ⁊ berillus ⁊ multi alioꝝ. Tercius est qui vocat̃ ignescens ⁊ rutilans
quattuor qui est in sole ⁊ marte ⁊ in quibusdam alijs / ⁊ hunc primo quidẽ ac
colorum cipit carbunculus / ⁊ postea palachius siue palacius ⁊ granatus / ⁊ q-
celi dam alij: Ideoq̃ dicunt carbunculũ nobilissimũ ⁊ vniuersaliter ha
bere habentem virtutem omniũ alioꝝ lapidũ / quia sol cuius vir-
tutem similem accipit / nobilior est omnibus virtutibus celestibus /
⁊ est sua virtus vniuersalis dans lucem omnibus celestibus ⁊ vir-
tutem. Quartus aũt est rubeus obscurus tam in stellis q̃ in quibus
dam alijs lune mansionibus inuentus / ⁊ hic inuenit̃ in lapidibus
habentibus obscuras nubes / sicut in calcidonio / ametisto / ⁊ aliqñ
in smaragdo / ⁊ in quibusdam alijs: ꝑpter hoc ⁊ hmõi dicta talem
Auicẽna isti induxerunt opinionem. Auicenna aũt ⁊ quidam alij sequentes
eundem dixerunt in omnibus naturis quedam aliquando appare-
re prodigia ex imaginatione superioꝝ motoꝝ. Contendit enĩ hic phi

losophus intelligentias que mouent orbes nequaq̄ posse intendere particularem motū hunc vel illum/nisi per apprehensionem aliquam particulariū/ꝛ hanc apprehensionem dicit imaginationem equiuocare seu equiuoce vocari ad imaginem que pars est anime sensibilis in animalibus. Practice aūt omnia que fiunt vt inquit pre existunt in ꝑceptionibus motorū stellaꝝ ꝛ orbiū. Adhuc aūt talem inquit esse obedientiā totius materie generabiliū ad motorem qualis est obedientia nostri corporis ad nostras animas. Nos aūt in nobis sentimus ꝙ ad quamcūq̄ formam ꝯcepimus mouet̄ corpus nostrū delectabiliter vel horrendo vel fugiendo. Sic igitur dicit frequenter diuersa ꝯcipere animas celestiū/ꝛ tunc materiā moueri per obedientiam ad illud: ex hoc esse ꝙ diuersas virtutes generata accipiunt que nos complexionales vocamus/ꝛ maxime lapides in quibus est cōmixtio/prima facilius mota ad imaginationem hmōi q̄ꝫ alia in quibus est maior diuersitas ꝓpter anime opera que infunduntur illi. Hec igitur dicta sunt ab Auicenna ꝛ sequentibus eum/ vt videtur accipi in quibusdam dictis suis que de magicis ꝛ alchimicis composuit.

¶Capitulū terciū De improbatione dictaꝝ opinionū.

Dicta vero Alexandri peripatetici ꝯuenientia ideo nō sūt quia scimus ꝙ licet qđlibet calidū simplex ꝛ calidū commixtū diuersas habet operationes/tamen ꝯueniunt in genere ꝯgregandi videlicet homogenea ꝛ etherogenea. Idē aūt dicimus de frigido humido ꝛ sicco. Operationes aūt lapidum nec in genere nec in specie ꝯueniunt/cum simpliciū operatione/sed magis ꝓdigiose ꝛ mirabiles esse vident̄. Adhuc aūt male dictū est nihil dirigere ꝛ informare qualitates elementoꝝ nisi ipsam mixtionem ꝛ complexionem. Sic enī nō oportet esse species ꝛ forma alia nisi complexio qđ falsum esse ostensum est/ꝛ ostendet̄ a nobis in libro de anima ꝛ in philosophia prima/ꝓpter virtutes enī lapidū nō complexionales nec elementales/pre omnibus magici vtunt̄ lapidibus ꝑciosis tam in annulis q̄ꝫ in ceteris imaginibus quoꝝ effectus est mirabilis/ꝓpter hoc aūt ꝛ hmōi falsificat̄ dictū Alexandri. Qđ aūt dicit Plato de ydeis a multis inconuenienter dictū esse ostensū est/ ꝛ nos de hoc alibi disputabimus/quia negociū de ydeis maioris est egens inquisitionis/q̄ꝫ sit ꝓpositū negociū in quo sumus. Sed licet hic supponat̄ nō esse ydeas alias formantes generatiua neq̄ꝫ aliquid immortaliū in corporibus mortalibus ꝛ corruptibilib⁹/quia corruptis his nil manet eorum que sunt in ipsis/nec est resolutio cō mixtoꝝ in elementa ꝛ ydeas/sed potius solum in elementa ex q̄bus componunt̄. Si ponerentur aūt esse huiusmodi ydee inutiles essent/

Reprobat Alexandrū.

Platonis ideas reijcit

to q̃ nõ ꝓportionarent materie nec ꝯtingerent eam/nec transmutarent: Omnia em̄ talia vident esse in materia ipsa ꝛ nõ separari ab ea. Per hoc igitur ꝛ his similia dictū Platonis improbat/omnibus tamen antiquis ꝓbabilius dixit Hermes de causa virtutis lapidū

Hermes melius

quia scimus pro ꝯstanti omniū inferioꝝ virtutes a superioribus descendere. Superiora em̄ substantia ꝛ lumine ꝛ situ ꝛ motu ꝛ figura

Supiora

influunt in inferioribus omnes nobiles virtutes que sunt in ipsis/ tamen hoc dictum imperfectū est in phisicis / licet forte in astronomicis ꝛ magicis esset sufficiens/quia in phisicis dicitur causa que est in materia operans/talis aūt est elementalis/aut qualitates elementorum prout sunt in cōmixto vel forma substantialis tales complexiones ꝯsequens. Docet em̄ Ptolomeus in libro quialarba dicit/

Ptolomeus

effectus stellaꝝ ideo esse diuersos ꝛ incertos/quia in inferioribus influxu ꝓueniunt ad ipsa per aliud/ꝛ per accidens. Per aliud quidem quia per virtutes elementales que informant. Per accidens aūt quoniam nõ perueniunt ad inferiora nisi per esse vniuersale qđ inconfusum ꝛ incertaꝝ dispositionū est/eo q̃ aliquando materia est receptibilis virtutis celestis/aliquando nequaq̃/ ꝛ aliqn̄ recipit eam ſm parum/aliquando ſm multū/ꝛ hoc ignorantes multi qui diuināt in astris sepe mentiunt/ꝛ abhominabilem suis mendacijs faciūt scientiam cum sit bona ꝛ vtilis valde. Que aūt Auicenna de ꝓdigijs

Reprobat Auicennam.

dicit ꝓdigiosa esse vident. Non em̄ imaginatio potest aliquo modo intelligentijs celestibus ꝯuenire/ nisi em̄ sunt ꝯceptiones tales in eis que motu celi ꝛ elementalibus qualitatibus non explicent/eo q̃ nihil est inordinatū in eis: hoc aūt alibi ostendet quia multa oportet permitti/sed hec ꝯuenienter deberent ostendi. Sed hoc sufficit q̃ in phisicis ꝛ in celo ꝛ mundo perfecte de talibus dictū est q̄ntum permisit ꝯsideratio phisica. Intellectus em̄ practici sunt ꝛ per se formales ad opus nature quos celestis motus explicat sicut instrumentū/ Nec vnq̃ conceptio aliqua est in motore nisi talis. Vnde aūt est q̃ intendit hunc vel illum in parte dictum est in celo ꝛ mundo sufficienter aut in prima phisica habet determinari.

¶ Cap. quartū De vera causa virtutis lapidū precioſoꝝ.


Constantinus
Sententia Alb. de causa virtutis lapidum

Refutatis igitur omnibus his dicimus cū Constantino ꝛ alijs quibusdam q̃ virtus lapidis causat ab ipsa lapidis specie ꝛ forma substantiali. Sunt aūt quedam virtutes mixtorū miscibilia habentes pro causa/quedam aūt ipsam speciem. Et hoc clarius videt in his que melius alijs specificata ꝛ formata sunt/sicut est homo qui operatione qua homo est/habet intelligere/que ex nullo causat complexionāte. Idem aūt est in brutis

ꝛ in vegetabilibus ſicut ꝓbaẗ in ethicis/ ita ꝙ oĩs rei ꝓpria eſt opa tio ꝛ ꝓprium bonū ſm ſpeciem/ qua formaẗ ꝛ pficiẗ in eſſe naturali. Hmõi aūt ſpeciei inſtrumenta ſunt oĩa complexionātia/ eó ꝙ ipſa ꝯtinet oĩa/ ꝛ ipſa nõ exiſtente corrumpiẗ ꝛ diſſoluiẗ complexionatū. Forma eñ ꝯtinet materiā ſicut diuinū ꝛ optimū illius/ ꝛ nõ ꝯtineẗ ab ipſa/ nec deſideraẗ materiam in natura/ qa ſui nõ indigeẗ niſi ad eſſe indiuidui/ ꝛ nõ ad eſſe diuinū. Hec aūt in libro de intellectu ꝛ intelli gibili: ꝛ in pma phia clarius elucidabunẗ. Forma igiẗ iſta inter duo eſt hec inter celeſtes virtutes a qbus daẗ ꝛ ſup materiā complexiona tam cui infundiẗ. Si ergo in ſe ꝯſidereẗ ipſa eſt eſſentia ſimplex vni us tantū opatiua qđcūqȝ eſt illud ꝙ vnius eſt tm̄ efficere vnū/ ꝛ ab vnico eſt vnicū/ ſicut tradit tota vniuerſitas phoꝝ. Si aūt hec for ma ꝯſidereẗ vt eſt virtutibus celeſtibus pmo multiplicatis p ſuperi ores ꝛ inferiores/ ꝛ oẽs imagines ꝛ circulos qs duodecim ſigna cū ſtellis ſuis diſtribuūt ſup orizontem rei illius cui infundiẗ forma: ꝛ ſcđo ſm ꝙ ad eam opantem ſūt virtutes elementales erit ipa forma multiplex valde ſm potentias naturales ſuas q circūſtant eſſentiā ſuā ſimplicem: ꝛ ſic multoꝝ efficientiū erit effectiua/ licet forte vnicā habeat ꝓpriam opatõem. Nõ eñ poteſt dici virtutes cauſaꝝ per ali quid nõ manere in effectibus. Et hoc eſt ꝙ fere oĩs res nõ ad vnicā tantū ſed ad multa valet qū ſue ſciantur opationes. Comparata ve ro ad illud cuius eſt forma hoc eſt ad materiam eſt potentior ꝛ im potentior/ ſm ꝙ bene dicit Hermes/ ꝛ hac de cauſa lapides eiuſdē ſpeciei inueniunẗ potentiores ꝛ minus potentes in effectibus ſuis. Forte etiam inueniunẗ aliqui nullū omnino ſpeciei habere effectum ꝓpter ꝯfuſionem materie/ ſicut homo nullam habet opationem hu manam ſm ꝙ eſt homo/ licet eñ ſpecies ſm rõnem nõ participeẗ ſm magis ꝛ minus/ ſm tamen eſſe ꝛ principium actionum ſm magis ꝛ minus ineſſe videmus ſpeciem fere omnibus rebus. Et ideo in his que ſpeciem ꝯſequunẗ virtutibus inueniunẗ efficaciores res vel mi nus efficaces/ vel omnino impoſſibiles ad opatões que fiunt p vir tutes ſpeciem ſm naturā ꝯſequentes. Eſt ad memoriā h̄ reuocandū que in .ij. meth. diximꝰ/ lapidū ſpecies ad indiuidua qdāmodo eſſe mortalia/ ſicut ꝛ hoĩes ꝛ extra loca gñationis ſue diu ꝯtenti corrum punẗ/ ꝛ nõ niſi equoce retinent nomen ſpeciei/ licet in figura ꝛ colore eoꝝ h̄ nõ niſi p longiſſimū tp̄s poſſit dep̄hendi. Et ſicut in aĩalium factura ꝛ in complexione aliqū tanta eſt diſcraſia ꝙ aĩam hoĩs non attingit ſed ſolū q̄lemcūqȝ hoĩs figurā. Ita etiā eſt in lapidū gña tione/ aut ꝓpter inordinatõem materie/ aut ꝓpter vehementiſſimas v̄tutes celeſtiū in ꝯriū mouentes/ ſicut diximus in .ij. nr̄o phiſicoꝝ. Hec igitur ꝛ tanta de virtutibus lapidū dicta ſunt in cõi ꝛc.

c

Tractatus secundus libri secundi de lapidibus nominatis ⁊ eorũ virtutibus. Capitulũ primũ de lapidibus incipientibus ab A.


Upponamus aũt nomina precipuoꝝ lapidũ/⁊ virtutes
fm q ad nos aut p experimentũ/aut ex scripturis auctoꝝ
deuenerũt. Non aũt omnia que de eis dicunt referemus
eo q ad scientiã nõ prodest. Scientie em̃ naturalis nõ est simpliciter
narrata accipere/sed in rebus naturalibus inquirere causas. Ut aũt
in latina lingua competentius ordo seruet fm ordinem alphabeti
ꝓsequamur no͞ia lapidũ ⁊ virtutes eoꝝ/ eo modo quo mos est me-
dicis describere simplices medicinas. In primo caplo ergo ab. a. in-
cipientes nouem famosi apud phos inueniunt lapides/ abeston vi-
delicet absintus/adamas/agathes/alabandina/alecterius/aman-
Abeston als asbestos — dinus ametistus ⁊ androsmanta. Abeston aũt coloris est ferrei/qui
fm plurimũ in Arabia inuenit/ cuius virtus mirabilis narrat ⁊ in
templis deoꝝ est manifesta/eo q semel accensus vix vnq̃ poterit ex-
tingui/eo q naturã habet lanuginis que vocat pluma salamandre
cũ modico humido vnctuoso pingui insepabili ab ipso/⁊ illud fo-
Adamas a vulgo dyamas dictus — uet ignem accensum in ipso. Adamas aũt sicut supius fecimus men-
tionem lapis est durissimus/par cristallo obscurior/coloris tamen
lucidi fulgentis adeo solidus/vt neq̃ igne neq̃ ferro mollescat vel
soluat. Soluit tamen ⁊ mollescit sanguine ⁊ carne yrci/ p̃cipue si yr-
cus aliquamdiu ante biberit vinũ ⁊ petrosiliũ vel siler montanũ co-
mederit/quia talis yrci sanguis etiam ad frangendũ lapidem in ve-
sica valet infirmis de calculo. Soluit etiam lapis iste/qđ mirabilius
videt plumbo ꝓpter multũ argentũ viuũ qđ est in ipso. Hic aũt la-
pis penetrat ferrũ ⁊ ceteras gemmas omnes p̃ter calibem in quo re-
tinetur. Non trahit aũt ferrũ eo q sit ꝓprius locus gñationis eius
vt quidam mendose dixerunt. Maior aũt quantitas istius lapidis
ad hoc inuenta est magnitudo auellane. Nascit aũt in Arabia ⁊ Ci-
pro/fm plurimũ: sed ciprius est magis mollis ⁊ obscurus. Et qđ mi-
Virtutes adamantis — rabile videt multis hic lapis quando magneti supponit ligat ma-
gnetem ⁊ nõ permittit ipsum ferrũ trahere. Maior aũt virtus eius
est in auro vel argento vel calibe. Dicuntq̃ magi q lacerto sinistro
alligatus valet ꝯtra hostes ⁊ insaniã/⁊ indomitas bestias/⁊ feros
homines/⁊ ꝯtra iurgia ⁊ rixas/⁊ ꝯtra venena ⁊ incursus fantasma-
Absinthus — tum ⁊ incuboꝝ. Hunc aũt lapidem dyamantem etiam quidam vo-
cant/etiam quidam ferrũ attrahere mentiunt. Absinthus est de ge-
nere gemmaꝝ coloris nigri rubeis virgulis/⁊ aliquando guttulis.

Huius autem virtus videtur esse imitans abestino: absinthus enim permanet calidus per septem dies vel amplius ꝓpter eandem causam que dicta est de abestino lapide. Agathes aūt lapis est niger cū albis venis/ꝛ quodam modo istius speciei lapidis inuenitur alius modus eiusdem speciei qui est similis corallo: Et tercium genus qd̄ ſm plurimū in creta insula nascitur/qd̄ habet in nigro venas croceas. Et quartū genus indicū est varium quasi sanguineis guttis respersum. Et primū quidem genus aptum est ad formas que lapidibus insculpunt̄/ꝓpter qd̄ plurimi lapides habentes capita regū insculpta nigri sunt/ꝛ cum iacet ad caput dormientis fertur ostendere multa simulacra somnioꝝ. Terciū aūt genus qd̄ creticum est facit vt ait Auicenna vincere pericula ꝛ vires confert corporibus/gratū ꝛ placentem facit vt dicit Euax rex arabū/ꝛ persuasorem ꝛ coloris boni facit hominem ꝛ facundū/ꝛ munit eum ꝯtra aduersa. Genus autem indicum visum fouet/ꝛ valet ꝯtra sitim ꝛ venenū: cum aūt accenditur odoriferū est valde. Alabandina a loco in quo ſm plurimum generat̄ sic vocatur/hoc est ab effeso que alabandia vocat̄ alio nomine: est aūt ruborem habens fulgentem/ꝛ est lapis clarus fere vt sardinus. Alecterius est gemma que vocat̄ lapis galli/ꝛ est albus nitens cristallo obscuro similis. Extrahit̄ aūt ex ventriculo gallina cū postq̄ fuerit vltra quartū annū: ꝛ quidam dicunt ꝙ post nonū extrahitur ꝛ est melior qui extrahit̄ gallo decrepito. Maxima autem huius quantitas est inuenta accedere ad quantitatem fabe. Virtus aūt eius est excitare venerem gratū ꝛ constantem victorem/ꝛ discretum facere/oratoriam tribuit facultatem/amicos ꝯciliat/ꝛ tentus sb̄ lingua sitim extinguit vel reprimit/ꝛ hoc vltimum expertum est. Amandinus vero gemma est coloris varij: dicit aūt Euates ꝙ venenum omne aut extinguit aut reprimit/ꝛ vincere facit aduersarios ꝛ ꝓphetiam ꝛ interpretationem somnioꝝ facit intelligi/ꝛ etiam enigmatū. Ametistus est gemma multū cōmunis ꝛ nota est/quare coloris purpurei ꝛ transparentie aliquantulū obscure/ꝛ inueniunt̄ in ista specie multe differentie/sed quinqꝫ sunt magis note per differentias obscuritatis omnes accepte: nascitur autem in hac specie in india: est autem melior ad sculpendum/eo ꝙ alijs est minus durus Operatur autem contra ebrietatem vt dicit Aaron/ꝛ facit vigilem/ꝛ malas reprimit cogitationes/ꝛ bonum in scibilibus confert intellectum. Andromanta lapis est coloris argentei/qui ſm plurimū in mari rubro nascitur/ꝛ est aut quadratus vt tessera/ꝛ durus sicut adamas. Virtutem habet contra furorem ꝛ facilem animi concitationem/ꝛ tristiciam ꝛ grauitatem.

Agathis quattuor genera.
primi generis virtutes.
Virtutes cretici
Virtutes indici
Alabandina
Alectorius
Virtutes alectorij.
Amandini virtutes
Amethistus
Virtutes ametisti
Andromāte virtutes.

¶ Caplm scdm De incipientibus a litera que dr b.

Balagius de genere carbunculi

B Alagius qui et palacius dicit/est gemma coloris rubei/ valde lucide materie et substantie valde transparentis/ et dicit femina carbunculi habens debilem colorem/ et virtutes eius remissas/sicut femina se habet ad marem: et quidam dicunt q est domus eius/ et ideo palaciu carbunculi vocat. Generatur em frequenter carbunculus in loco isto: et iam visum est hoc nostro tempore q in lapide vno exterior pars fuit balagius/ et interior carbunculus: ppter qd Aristo. hunc lapidem dicit esse de genere carbunculi. Dicunt etiam quidam q lapis qui vocat borax a quodam bufone dicitur sic q in capite ipsum portat/ et est duor generu/ vnum album/aliquantulu fuscu: aliud nigru/ qd si viuo palpitanti bufone extrahit/in medio habet oculum quasi ceruleu: de quo dicut q glutitus sordes purgat intestinor et superfluitates/ et tempibus nostris extractus est de bufone paruus viridis. Aliquos etiam vidimus bufones habentes in se depictos qui de hoc genere dicebant: vulgariter aut crapodine dicunt hi lapides. ¶ Berillus aut est lapis coloris pallidi lucidi transparentis/ et ideo superius diximus qn inuoluitur in eo videtur moueri aqua: fm plurimu generat in india/ sicut multe aliar gemmar. Sunt aut multa genera et modi in specie lapidis istius/ sed melius esse fertur qui magis pallet/ et plures habet guttas/que videntur in ipso manere. Fertur aut operari contra pericula hostium et contra lites/ et reddere inuictu. Mitem etiam in moribus dicit efficere et ingeniu bonu dare. Medicor etiam quida dicunt q valet contra pigriciam et epatis dolores/ et contra suspiria et eructationes/ et qd valet oculis humidis. Expertu est em q quando rotundatu est oculo solis opponit/adurit ignem accendit. Dicunt etiam aurifices q piugium pciliat inter maritu et vxorem.

Borax

Berillus

Virtutes berilli.

¶ Caplm tercium De incipientibus a litera C.

Carbunculus Rubin9

C Arbunculus qui grece antrax et a nonnullis rubinus vocatur lapis plucidissimus et rubicundissimus et solidus est habens se ad alios lapides sicut habet aurum ad cetera metalla/ hic plus omniu alior lapidu virtutes habere dicitur/sicut et superius diximus . Specialis tamen effectus eius est venenu aereu et vaporosum fugare/ et quando vere bonus est lucet in tenebris sicut carbo/ et talem vidi ego. Quando aut minus bonus est et tamen verus emicat in tenebris superfusa aqua clara et limpida in vase nigro mundo polito. Qui aut nullo modo lucet in tenebris hic no habet nobilitatem perfectam. Scdm aut plurimu sui inuenit in Libia/ et licet habeat plures differentias vt ait Euax/ qui dicit eum habere vndecim species/tamen Aristo. vt Constan. refert

Virtutes carbunculi.

dicit eum habere tres species/quas supra numerauimus: scз balagiũ granatũ ⁊ rubinũ: ⁊ qđ multi mirant̃ dicit in eis precellere granatum qui tamen minoris valoris apud gemmarios extimat̃. Calcedonius aũt lapis est pallidus fuscus aliquantulũ obscurus/hic si perforatur ⁊ cum virtute lapidis qui sineris dicit̃ collo suspendat̃/dicit̃ valere cõtra illusiones fantasticas ex melancolia exortas. Facit etiã pvincere causas ⁊ virtutes corporis conseruat ⁊ hoc vltimũ est expertum. Calcafanos lapis est nigri coloris/ cuius virtus vocem clarificare dicit̃/⁊ raucedini mederi. Ceraunꝫ lapis esse fertur cristallo similis/infecto colore ceruleo/qui dicit̃ cadere aliqñ de nube cum tonitruo ⁊ inuenit̃ in Germania ⁊ Hyspania/ sed hyspanus est candens vt ignis/prouocat dulces somnos vt dicunt/⁊ ad prelia ⁊ causas vincendi ⁊ contra periculũ tonitrui dicit̃ operari. Celidonius duas habet species/ vnus est niger/alter ruffus inuenit̃/ trahuntur aũt ambo de ventre yrundinis. Ruffus aũt inuolutus panno lineo vel corio vitulino ⁊ sub sinistra assella gestatus dicit̃ valere contra insaniam/⁊ antiquos languores ⁊ lunaticam passionem. Et Constantinus dicit eum valere contra epilensiam p̃dicto modo gestatus Euax aũt refert ꝙ facundũ gratum ⁊ placentem reddit. Niger aũt vt Joseph dicit contra nociuos humores ⁊ febres ⁊ iras operatur ⁊ minas. Et lotus aqua oculos sanat / ad finem etiam inceptũ perducit negociũ/⁊ si inuoluat̃ foliis celidonie herbe dicit̃ obfuscare visum. Sunt aũt hi lapides parui valde/⁊ tales iam vidimus per socios nostros de stomacho yrundinũ extractos in mense augusti/ tunc enim abstracti magis valere dicunt̃/vt frequenter aũt semper duo simul in vna yrundine inueniunt̃. Celontes lapis est purpurei coloris/⁊ dicit̃ in corpore testudinis inueniri/quia quedã sunt maxime testudines habentes domos que sunt sicut margarite nitentes. Dicitur aũt apud diuinatorem ꝙ facit eum qui gestat euomere sub lingua: hanc aũt virtutem non dicit̃ habere nisi cum luna primo est accensa ⁊ crescens/⁊ monoydes. Et iterũ cum est vigesimanona monoydes in vltimo decrescens/dicitur aũt hic lapis ab igne non corrumpi. Cegolites lapis est in colore ⁊ quantitate similis ossi oliue/ de quo referunt qđ est expertum/⁊ dissolutus in aqua ⁊ rasus ⁊ sic haustus dissipat lapidem in renibus ⁊ vesica. Corallus lapis est duarum specierꝫ a mari sicut superius diximus extractus/⁊ precipue a mari qđ est circa marsiliũ: vna eius species est rubea/sicut ebur antiquum: alia vero alba figurat̃ ad modum ramusculorꝫ plantarꝫ/de quo expertũ est ꝙ valet contra quemlibet fluxum sanguinis. Dicit̃ etiam collo suspensus valere contra epilensiam/⁊ contra opationes menstruorꝫ/⁊ contra tempestates fulmina ⁊ grandines. Et si pulue-

Tria genera carbunculi

Calcedonius.

Calcafanos.

Cerauni virtutes

Chelidonij virtutes

Cheloni tes

Cegolites

Corallus

Coralli virtutes

rifetur ⁊ super herbas ⁊ arbores aspergat cum aqua fertur fructus multiplicare. Referunt etiam q̄ principia expedit ⁊ fines negociorū.

Corneleus. Corneleus aūt quem quidam corneleū dicunt lapis est coloris carnei hoc est rubei/abscindit sicut lotura carnis/hic apud rhenū flumen inuenit frequentissime/⁊ est valde rubeū habens fere colorem sicut miniū/⁊ quando politur multū micat. Expertū aūt est q̄ constringit sanguinem/⁊ p̄cipue menstruorum ⁊ emoroidarum/fertur etiam iras mitigare.

Chrysopassus. Crisopassus lapis ab india veniens/⁊ raro inuenit/ ꝓpter qd̄ ⁊ carus extimatur. In colore etiam est quasi sit ex succo piri coagulatus/habens auri guttas intrinsecas: ꝓpter quas ⁊ tale nomen accipit/⁊ crisos aurum sonat in greco/⁊ multā similitudinem habet cum crisolito.

Chrysolithus. Crisolitus lapis est in colore habens tenuem viriditatem lucidam in qua ad oculū solis micat sicut stella aurea/⁊ nō est rarus/dicit aūt venire de ethiopia. Expertū aūt est q̄ spiritualia ꝯfortat/ꝓpter qd̄ tritus asmaticis datur: Fertur etiam q̄ pforatus ⁊ setis asini in foramine repletus ⁊ brachio ligatus sinistro/fugat terrores ⁊ melancolicas passiones/⁊ hoc dicit in phisicis ligaturis/ ⁊ in auro etiam positus ⁊ gestatus fugat fantasmata vt dicunt/stulticiam etiam repellere/⁊ sapientiam ꝯferre perhibet.

Cristallus. Cristallus lapis est qui aliquando fit vi frigoris vt dicit Aristo. aliqn̄ aūt in terra/sicut sepe experti sumus in Germania/vbi multi inueniunt/vterq̄ʒ aūt modus gn̄ationis facile ex supioribus erit manifestus. Hic frigidus oculo solis oppositus ignem eicit/sed si calidus sit hoc pficere nō potest/cuius rationem dedimus in libro de causis ꝓprietatum elementorum ⁊ planetarum. Dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus: ⁊ expertū est q̄ tritus cum melle mixtus receptus a mulieribus replet vbera lacte. Crisolitus gemma est coloris aurei/⁊ in horis matutinis visu pulcherrimus est. In alijs aūt horis dissimilis/ab igne aūt corrumpit ⁊ fugatur: ⁊ vt quidam dicūt inflammat: ⁊ ideo timere ignem dr̄. Dicunt aūt quidam q̄ aliud est genus istius lapidis qd̄ est lapidis ignobilis sb̄stantie incorporatū: ⁊ hoc nō est verū/sed hoc est marcasita aurea que mediū quodāmodo est inter metalla ⁊ lapides/sicut nos in sequentibus ostendemus. Dicit aūt terciū genus istius lapidis esse colore mediū inter ceruleū ⁊ rubeū: vniuersaliter aūt dicit hic lapis tritus scabiem curare/⁊ vlcera/ In manu gestatus calorem febris mitigare habet.

Crisopagion. Crisopagion gemma est ab ethiopia veniens/hic dr̄ lucere in tenebris ⁊ euanescere a lumine supueniente/ita q̄ nō retinet nisi colorem ebetem obscuro ⁊ q̄si subtenui colore opti auri/⁊ fit in ipso fm̄ diuersitatem luminis ⁊ tenebrarum reciprocatio coloris nō determinati/velut in q̄rcu putrefacta ⁊ noctiluca. De oībus aūt his in li. de aīa dabim⁹ rōeʒ pfectā ⁊ verā.

¶ Capitulum quartū De nominibus lapidum a quarta litera que est D. incipientium.

Hertur aūt quidam lapis demonis vocari lapis bicolor/ vt arcus demonis qui yris vocat: Et pferre hunc dicunt febricitantibus/ ꝛ venenosa pellere/ ꝛ tutū ꝛ victorē reddere. Est aūt diamon dictū qđ grece intellectus vel stellam claram scintillantem sonat. Dyacodos aūt lapis palidus dicit esse aliquantulum berillo similis: dicit aūt intantū fantasmata excitare/ ꝙ magi maxime hoc vtunt tamen applicatus defuncto intantū vires amittit ꝙ mortem horrere perhibeat. Hoꝝ aūt ratio que potest haberi ex libris magoꝝ Hermetis ꝛ Ptolomei/ Thebich/ Bencherath habetur de quibus nō est presens intentio. Dionisia lapis est niger vt ferrū intermicans rubeis guttis ꝛ spirat vinū/ ꝛ de odore ipsius vini fugat ebrietas/ qđ mirabile multis apparet. Causa aūt/ quia vinum nō odore sed vapore opilando inducit debilem ebrietatem: lapidis aūt odor simplex aperitiuus est ꝛ expulsiuus vaporis vini. Draconides aūt lapis est a capite draconis extractus/ ꝛ fert ab oriente vbi sunt dracones magni. Est aūt virtus efficax eius sicut ꝛ boracis/ quando de viuo dracone adhuc palpitante extrahit. Insidiat aūt draconibus dormientibus/ ꝛ subito sciſſo capite draconis adhuc palpitante euellunt lapidem. Anime em̄ actus multa pfert his etiam superfluitatibus que generant in animalibus/ ꝛ mortis corruptio alterat ea qñ naturali morte corruptis humoribus moriunt/ vel qñ mortua ꝛ corrupta occisa iacuerunt. Ego aūt in partibus alamanie in sueuia vidi lapidem super quem pueñerant plusq̄ quingenti serpentes inter montes in quodam prato/ ꝛ cum transitū faceret ibidem dn̄s terre sui milites euaginatis gladijs sciderunt serpentes in multa frustra/ in fundo tamen quidā magnus serpens iacuit in multas partes sciſſus/ ꝛ sub capite serpentis inuentus est lapis niger formatus vt piramis absciſſa/ nō perlucidus/ in circuitu colore pallido/ pulcherrimū habens descriptū serpentem. Et hunc lapidem mihi ab vxore illius nobilis p̄sentatū cum capite serpentis eiusdem ego habui. Dicit aūt venenū fugare/ precipue que sunt ex inceſſibus venenatoꝝ animaliū/ victores etiam dicunt efficere.

Dyacodos

Dionysia

Draconites

¶ Capl'm quintū De incipientibus a litera E.

Ethices gemmaꝝ optima est coloris punicei/ ꝛ vocat a quibusdam acleus/ ꝛ ab alijs erodialis/ eo ꝙ aquile hūc alijqñ ad nidū suū iuxta oua collocantes eūdem sicut grus inter duo oua q̄ facit lapidem collocari. Jam em̄ expti sum⁹ ad sensum in colonia/ vbi grues fetus fecerūt multis in annis in q̄dam orto. Inuenit aūt ethices ſm plim sui gn̄is iuxta littora occani/ vbi etiā

Ethites al's actites

optimū genus est herodioꝝ qui sunt herodes auium/dicit̄ autem in ꝑsia aliquando inueniri. Est aūt modus eius q̄ in se ꝯtinet aliū lapidem/qui in ipso sonat quando manu mouet̄/ꝛ quassat̄. Fert̄ autem q̄ suspensus sinistro lacerto confert pregnantibus/ impedit abortum/ꝛ periculū parturitionis mitigat. Et aiunt quidam q̄ caducoꝝ hominū ꝓhibet frequentem casum. Et q̄ his mirabilius est tradunt Caldei q̄ si de ministratōe veneni cibus aliquis suspectus fuerit positus in cibo ꝓhibet ne possit glutiri cibus ille/ꝛ si lapis subtrahitur mox deglutit̄. Quare aūt aquile hunc lapidem nido suo imponant nō satis scit̄. Experti em̄ sumus grues nō obseruare cuius generis lapidem inter oua sua ponant/sed ponunt modo vnū ꝛ in alio anno vnum alium. Dicunt aūt quidam q̄ faciunt hoc ad mitigandam calorem ouoꝝ vel corporis aquile ne oua nimis calefiant/ꝛ hoc est ꝓbabile. Quidam tamen dicunt aliquid ꝯferre ad eoꝝ formationem ꝛ viuificationem. Qꝫ aūt quidam dicunt q̄ lapis ab his auibus interponit̄ ouis ne frangant̄/omnino falsum est/ q̄a citius ad lapidem q̄ ad se ipsa collisa frangerent̄. Aiunt etiam quidam q̄ si aliquis suspectus habetur de ministratōe veneni q̄ si in cibo eius quocū q̄ꝫ lapis immittit̄/statim ad cibum strangulat̄/ꝛ quando sb-trahitur glutit cibum si est reus/ꝛ si est innocens glutit cibū in quo lapis missus est.

Virtutes ethicis.

Eliotrophia

Eliotrophia lapis est viridis fere smaragdo similis/respersus sanguineis guttis/hunc eliotropiam dicunt esse vocatum nigromantici/ꝛ gemma babilonensis/quia si vngat̄ succo herbe eiusdem nominis ꝛ in vas aqua plenū remissus facit sanguineū solem videri sicut si pateret̄ eclipsim. Cuius causa est quia totā aquā ebulire facit in nebulam que in spissando aerem impedit solem videri/nisi quasi in rubore ꝛ spissa nube rorando/postmodū aūt descendit illa nebula rorando sicut per guttas pluuie. Oportet aūt q̄ quodam carmine sacratus sit/ꝛ quibusdam caracteribus mixtus: ꝛ si tunc arepticij presentes sint diuinando quedam ꝑdicunt/ꝓpter qđ temploꝝ pontifices isto lapide vtebant̄/ꝛ maxime in festis ydoloꝝ.

Virtutes eliotrophie

Dicitur aūt reddere hominem bone fame ꝛ incolumem/ꝛ longe vite/ꝛ contra fluxū sanguinis ꝛ venena valere. Dicit̄ etiam q̄ vnctus herba sui nominis vt prediximus visum fallit intantū vt hominem ꝓhibeat videri. Inuenitur aūt pluries in Ethiopia/cipro ꝛ India.

Ematites

Ematites lapis est inuentus in affrica/ꝛ in ethiopia ꝛ arabia/ferruginei coloris/habens venas sanguineas immixtas. Virtus autem eius est valde stiptica/ꝓpter qđ expertū est q̄ valet contra fluxum vesice ventris ꝛ menstruoꝝ/quando ꝯtritus in aqua mixtus bibitur: sanat etiam fluxum saliue sanguinee/vino etiam permixtus: puluis eius sanat vlcera ꝛ vulnera/ꝛ carnem etiā superfluā in vulneribus

natam corrodit. Et visus hebetes ex humida causa confortat et sanat/ et temperat asperitatem palpebrarum. Etyndros lapis est cristallo in colore similis/qui perpetuis guttis distillat/que febricitantibus valere dicuntur/ et tamen lapis non minoratur nec corrumpitur. Causa autem huius est perfecto quia ex substantia lapidis iste gutte nequaquam distillant sed propter nimiam frigiditatem aerem se tangentem continue mutat in aquam/sicut faciunt duri lapides/ et politi post resolutionem frigoris. Epistrites lapis est natus in mari/rutilans et rubicundus/ in cantionibus autem et phisicis ligaturis dicitur/quod ante cor gestatus tutum hominem seruat/ et compescit sediciones/ et compescere etiam dicitur locustas/ et volucres et steriles nebulas/ et grandinem et tempestates a fructibus terre compescere fertur. Expertum etiam est quod oppositus oculo solis ignem et radios igneos emittit. Dicitur etiam quod si hic lapis in aquam feruentem proiciatur cessat ebulitio eius/ et postmodum frigescit. Causa autem huius alia esse non potest/nisi quod pro certo frigidissimus est/ et motus a calore bulientis aque frigiditas sue complexionis agere incipit. Exacolitus autem lapis esse dicitur varius et dissolutiuus vt dicunt periti medicorum/propter quod vino permixtus et potatus dicitur contra colicam et iliacam valere passiones. Exacontalitus autem lapis est sexaginta coloribus distinctus/parue quantitatis valde qui frequentius in Libia inuenitur/ et apud trogogitas/ et nocet neruis valde/propter quod etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

Etyndros. Epistrites Exacolitus Exacontalitbus

¶ Capitulum sextum De incipientibus a sexta litera que est F.

FAlcones quod alio nomine arsenicum vocatur/ et a vulgo auripigmentum idem significat. Est autem de genere lapidum citrinum et rubeum quem lapidem vnum de spiritibus vocant alchimici/habet autem naturam sulphuris in calefaciendo et desiccando/ et cum calcinatur per ignem nigrum efficitur/ et statim sublimatione efficitur albissimum: Et si iterum calcinetur iterum efficitur nigrum/ et iterata calcinatione efficitur albissimum/ et cum hoc ter vel quater iteratur in ipso tantum efficitur adustiuum/quod eri compositum statim facit foramina per ipsum/ et exurit vehementer omnia metalla preter aurum solum: appositum autem eri ipsum in album colorem transmutat/propter quod falsarij vtuntur ipso quando es volunt facere simile argento/quia magnum in hoc habet effectum. Ferunt etiam gemmarij quod gemma que vocatur Filacterium eadem sit cum crisolito et eiusdem virtutis.

¶ Cap. septimum De incipientibus a litera vij. que est G.

GAgates est catabre/quem quidem lapidem de genere gemmarum ego reputo. Inuenitur autem in Libia et Britania iuxta littus maris/ et abundanter inuenitur in mari quod attingit aquilonem partem teutonie. Etiam in anglia frequen-

Gagates

ter inuenit: τ est duplicis coloris/nigri videlicet τ crocei/sed croceū est plucidū fere sicut topasion. Inuenit etiam glaucū τ declinans ad pallidū coniunctū cū citrino colore. Confricatū aūt trahit paleas/ τ incensum ardet sicut thus. Dicit aūt ꝙ confert ydropicis/ τ fluidos firmat dentes vt aiunt. De expertis aūt est ꝙ lotum cū aqua τ per suffumigatōem mulieribus inferius suppositū ꝓuocat mēstrua. Fertur etiam ꝙ fugat serpentes/τ valet etiam ꝯtra stomachi τ ventris subuersionem/ τ ꝯtra fantasmata melancolica que quidam demones vocant. Aiunt aūt de expertis esse ꝙ si colatura τ eius lotura cū rasura detur virgini bibita ꝙ retinebit eam q̄ nō mingit: si aūt nō est virgo statim mingit: τ sic debet ꝓbari an aliqua sit virgo. Dicunt etiam valere ꝯtra laborem parturientis.

Sagatis virtutes

Sagatronica est lapis diuersi coloris sicut pellis capriole. Cuius virtutem Auicenna dixit esse ꝙ victores reddat se gestantes. Expertū aūt dicunt esse in Alchide principe quodam ꝙ quotiens hunc lapidem secū habuit/ semper vicit in terra τ mari/quotiens aūt caruit fertur hostibus succubuisse.

Sagatronica.

Gelosia dicit esse lapis habens figuram grandinis τ colorem/duricie adamantis similis. Et tante fertur hūc esse frigiditatis vt ab igne vix vel nunq̄ calefieri possit. Cuius causa est nimia pororꝫ ꝯstrictio/nō permittens inde ignem ingredi. Aiunt etiam hūc iram τ luxuriam τ ceteras hmōi calidas passiones/τ desideria mitigare.

Gelosia.

Galaricides quam quidam galarictidem vocant lapis est similis cineri: τ ſm plurimū inuenit in nilo τ acolco fluuijs/hic tritus dat saporem lactis/τ succus eius in ore clausus turbat mentem. Dicitur etiam in libro de ligaturis phisicis ꝙ alligatus collo replet vbera lacte: τ alligatus femori facit faciles partus. Aiunt etiam pastores egipti q̄ si vespere ꝯtritus cū sale mixta aqua ouile circūspergat: vbera ouiū replent lacte/τ fugat ab eis scabies: gn̄aliter etiam dicit contra scabiem valere.

Galaricides.

Gerachidem lapis est vt fertur nigri coloris: ꝓbatur aūt veritas huius lapidis sic ꝙ gestans lapidem totū corpus suū vnctū melle muscis τ vespis exponit/ τ si intactus manet ab eis lapis est verus/τ si deponat lapidem statim musce τ vespe super mel cadunt τ sugunt. Aiunt aūt ꝙ in ore portatus facit bene iudicare opiniones τ cogitatōes. Fertur etiam ꝙ gestantem se hoīem amabilem τ gratiosum reddit.

Gerachidem

Gecolitus lapis est vt fert orientis ossis oliue similis. Cuius virtutem esse dicunt ꝙ tritus τ cum aqua haustus lapidem frangit τ educit de vesica τ renibus.

Gecolitus

Granatus sicut Constantinus Aristo. refert dicere de gn̄e est carbunculi: Est aūt lapis rubeus τ plucidus: in colore sīlis balaustijs q̄ sunt flores malorꝫ gnatorꝫ. Est aūt rubeus aliq̄ntulū obscurior q̄ carbunculus/ τ cū substernit ei niger color in sigillis tūc magis rutilat: τ inuenit

in hoc gñe quidam modus qui inter ruborem aspsum habet viole colorem: ꝓpter qḋ hoc genus violaceū dr/ ꝛ est ꝓciosioꝛ oībus alijs granatis. Dicitur aūt letificare coꝛ/ ꝛ pellere tristiciam/ ꝛ ſm Ariſt. est calidus ꝛ siccus. Et ꝙ quidam dicunt hunc esse de genere iacincti est falsum. Inuenit̄ autem hic lapis ſm plurimū eius in Ethiopia/ ꝛ aliquotiens iuxta Tirum inter arenas maris.

¶ Caplm octauū De incipientibus ab J. litera — Jaspis

Jaspis est lapis multoꝝ coloꝝ/ ꝛ habet species decem/ melioꝛ tamen est viridis/ transslucens rubeas habens venas/ ꝛ in argento ꝓprie locari habet/ ꝛ in partibus multis inuenitur. Expertum enim est ꝙ stringit fluxū sanguinis ꝛ menstruorum. Aiunt etiam ꝙ negat conceptum ꝛ iuuat partum/ ꝛ ꝙ gestantem se a luxuria prohibet. In magicis etiam legit̄ ꝙ si incantatus est reddit gratū ꝛ potentem/ ꝛ tutū/ ꝛ fugat febꝛes ꝛ ydropisim. — Jacintus

Jacintoꝛ duo sunt genera/ aquaticus videlicet ꝛ saphirinus: aquaticus est flauus albescens ac si peruium aque de sub flauo perspicuo erumpat/ ꝛ superare contendat/ ꝛ hic est vilioꝛ/ ꝛ inuenitur in isto genere aquescens rubeus/ in quo etiam superat peruietas aque. Saphirinus etiam est flauus valde plucidus/ quasi nihil habens aqueitatis/ ꝛ hic est melioꝛ. Et ideo tria nomina habet/ dicitur enim aliquando iacintus saphirinus: in ethiopia autem ſm plurimū inuenitur. Et quidam dicunt quartum esse qḋ est aquaticum ceruleum sicut topasion/ ꝛ hoc est durissimū vilissimū generaliter/ qui in se sculpere vix permittat. De expertis autem est ꝙ est frigidus sicut viridis/ ꝛ confoꝛtat coꝛpa/ sicut omē frigidū qḋ constringit virtutes coꝛpoꝝ. In ligaturis aūt phisicis est vsus eius ꝙ collo suspēsus vl' digito gestatus tutū reddit pegrinū ꝛ gratū hospitibus ꝛ est ꝯ pestiferas regiones. Et expertū est ꝙ somnū ꝓuocat ꝓpter suam frigidā cōplexionem. Saphirinus aūt h̄ specialiter habere dr ꝙ est virtus eius ꝯ tosicū. Aiunt etiā ꝙ ꝯfert ad diuicias ꝛ naturale ingeniū bonū ꝯfert ꝛ leticiā. — Jacinti virtutes

Jena lapis est a bestia q̄ vocat̄ yena/ sic dicta eo ꝙ ex oculis eius cū in lapidem vertunt̄ tollit̄. Aiūt tñ antiqui Euax ꝛ Aaron ꝙ positus sub lingua confert diuinando predicere futura. — Jena

Iris lapis est cristallo similis/ ꝛ est vt frequentius exagonus. Dicit autem Euax ꝙ ab Arabia venit/ ꝛ in mari rubꝛo nascitur. Nos autem inuenimus maximam copiam hoꝛum lapidum in montibus Germanie qui sunt inter rhenū fluuiū ꝛ treuerensem ciuitatem/ ꝛ diuerse quantitatis oēs sunt exagoni. In albis aūt lapidibus nati circumpositione lapidis cū naturaliter sunt rotundi exagoni efficiunt̄: sicut foramina apū in medio posita exagona efficiunt̄: tñ illa q̄ sunt in extremis sunt rotunda. Est aūt lapis siccissimus qḋ sua indicat — Iris.

secabilitas maxima: Fit aūt ex aqueo sicco qđ euadit de materia lapidis qui generaṫ ex rubeo luto: ꝛ quia hoc aqueū est vehementer a sicco apprehensum siccus ꝛ durus est valde lapis. Cū aūt sub tecto soli pars eius immittiṫ/ ꝛ pars in vmbra teneṫ proicit reflectendo pulcherrimos colores yridis super oppositū parietem/ vel super aliqđ corpus/ ꝑpter qđ yris vocatur. Cuius causa est superius assignata. Aliud aūt simile huic nascitur in gipso/ qđ etiam perspicuū est in extremis ꝛ siccissimū valde/ ꝛ vtunṫ eo quidam pro vitro in vitreis.

Jscustos Jscustos (vt fert Jsidorus ꝛ Aaron) similiter est lapis/ in vltimis hispaniaꝝ partibus frequentius inuentus iuxta gades Herculis/ in tercio vel scđo climatibus vltra hispaniam illam/ quā modo hispaniam vocamus. Est aūt lapis filabilis ꝑpter viscositatem in eo arefactam/ ꝛ si de ipso vestis fiat nō comburiṫ sed igne purgatur ꝛ nitet/ ꝛ forte illud est qđ pennam vocant salamandre/ quare hec lanugo quedam est sicut lanugo lapidis humidi. Quare aūt non crematur in metheoris expeditū est: huius speciem quandam dicit esse quendam lapidem quem quidam vocant carbunculū album/ ꝛ quidam alij calculum albū. Jmitatur em̄ carbunculū in hoc ꝙ fantasmatibus ꝛ prestigijs resistit: valet etiam contra dolorem oculoꝝ ex humida causa ꝛ redactus in puluerem sanat scabiem. Jdem Jsido. dicit de lapide judaico qui est albus ad modū glandis in quantitate scripturis quibusdam insertus/ quasi litteris quas greci gramas appellant. Judaicum autem dicit Auicenna hunc quia frequentius in judea inuenitur.

¶ Cap. nonū De incipientibus a nona lr̄a que est K.

KAlcabree est idem vt diximus qđ gagates/ sed tamen quidam dicunt ꝙ Kacabre melius est/ cum tamen nec colore nec virtutibus discrepet ab ipso. Kakabres aūt lapis est similis cristallo/ de quo ferunt ꝙ eloquentiā dat ꝛ honorem ꝛ gratiam: ꝛ ꝙ valet contra ydropisim. Kakaman lapis est frequenter albus in toto vel in parte. Varius em̄ est in colore frequentissime inueniṫ immixtus onixine. Virtus eius aūt fertur esse ex imaginibus ꝛ sculpturis que inueniunṫ in ipso/ ꝛ ex sigillis de quibus in sequentibus habebitur tractatus.

¶ Capitulū decimū De incipientibus a litera L.

Ligurius a’s lyncurium. LJgurius lapis est qui fit ex vrina lincis/ ꝛ hec animalia dicit Plinius esse orientis/ que tamen frequenter in theutonia ꝛ sclauonia inueniunṫ abundanter in siluis. Dicit etiam Plinius ꝙ hoc genus animalis vrinam suam sub arenis abscondit quasi inuideat iuuamentū qđ est ex lapide. Beda dicit ꝙ hic lapis nascitur in renibus hoīs. Dicit aūt Plinius ꝙ est

rubeus scintillans vt carbunculus/preter hoc q nō lucet de nocte. Inuenitur aūt frequentius croceus parū tendens ad nigredinem. Et est expertū de ipso q fricatus trahit paleas qd fere puenit omni lapidi precioso. Dicit etiam valere contra dolorem stomachi et ictericiā et fluxum ventris. Lippares dicit esse lapis qui frequentius in Libia inuenit. Fertur aūt lapidis virtus esse mirabilis/omnis em̄ bestia a venatoribus et canibus infestata currit ad eum et ipsum intuetur quasi patronū. Et vt aiunt canes et venatores noscere non possunt bestiam quamdiu lapidem habent p̄sentem: qd si verum est mirabile est valde/et absq3 dubio celesti virtute deputandū/ quas Hermes mirabiles esse dicit in lapidibus et etiam in plantis/ per quas etiam naturaliter fieri posset / quicquid scientijs magicis si virtutes ille bene cognoscerentur. Lippares

¶ Capl'm. xj. De incipientibus ab M. litera que est. xj.

Magnes siue magnetes lapis est ferruginei coloris qui fm plurimū in mari indico inuenit/et intantū abundare dr q periculosum est in eo nauigare nauibus que ferreos clauos habent. Inuenit etiam in tragonitidis regionibus. Ego vidi inueniri in partibus theutonie in ea prouincia que francia orientalis vocat: vnū magne quantitatis et maxime efficacie et fuit valde niger/ac si esset ferrū rubiginosum et combustū cū pice. Uirtus aūt eius est mirabilis in attractione ferri/ita q virtutem eius transmittat in ferrū/vt illud etiā attrahat/et aliqñ multe acus hoc modo suspense ad se inuicem vident: Unctus aūt lapis alleo nō trahit/et si superponit ei adamas iterum nō attrahit/ita q paruum adamas magnū ligat magnetem. Inuentus aūt est nostris tp̄ibus magnes qui ab vno angulo traxit ferrum et ab alio fugauit: et hunc Aristot. ponit aliud genus esse magnetis. Narrauit mihi vnus ex nostris socijs curiosus experimentator q vidit Fredericū imperatorem habere magnetem qui nō traxit ferrū/sed ferrū viceuersa traxit lapidem. Aristo. dicit q est quoddam genus aliud magnetis qd trahit carnes hominis. In magicis aūt traditur q fantasias mirabiliter cōmouet/principaliter seu p̄cipue si ɔsecratus obsecratione et caractere sit/sicut dicetur in magicis. Ferunt etiam hoc cum mulsa acceptū curare ydropisim. Aiunt etiam hunc lapidem capite mulieris dormientis suppositū statim eam mouere ad amplexū mariti sui si casta est: si aūt est adultera pre nimio timore fantasmatū dicit cadere de lecto. Dicunt etiam q fures in domū intrantes positis carbonibus in quatuor angulis domus lapidem hunc ɔtritū superspergunt / et tunc dormientes in domo ita fantasmatibus terrentur q fugientes edes relinquunt/et tunc fures furantur quid volunt. magnes

[illegible handwritten marginal note]

Margarita. Margarita lapis est in obscuris conchilibus inuentus / meliores ab india veniunt. Multi aũt a britannico mari qđ nunc anglicũ dicitur/ et versus flandriam et theutoniã inueniunt / ita q ego habui in ore meo decem in vna mensa que in comedendo ostrea inueni. Iuuenes eñ conche habent meliores/quedam aũt ex eis pforate sunt/ et quedam integre coloris sunt/ac si parua lux penetraret in multũ album/ et ideo nitent cum tamen sint albe. Fertur etiam q in tonitru quasi abortiendo eas ostree euomunt/ et ideo in flumine inueniunt/ in masella et quibusdam gallie fluuijs inter arenas. Est aũt virtus earũ experta ad pfortationem spirituũ et ptra cardiacã et sincopim: valet etiam ptra fluxũ sanguinis/ et ptra fluxũ lientericũ/ et contra

Medus dyariam. Medus lapis esse dicit qui a regione medorũ vbi plures inueniunt sic vocatur: Sunt aũt due species huius/vnus niger/alter viridis. Virtutem eius esse dicunt ptra veterem podagrã et oculorũ cecitatem et nefreticam/refouere etiam dicit fessos et lassos et debiles. Ferunt aũt q eius qui niger est si fragmenta in aqua calida resoluta fuerint/ et se aliquis illa aqua lauerit incurrit membrorũ excoriatõem et si biberit ex eo peribit vomendo.

Melochites. Melochites quem quidam melonitem vocant lapis est arabicus/grosse viriditatis/ sed nõ translucidus sicut smaragdus/ et est mollis. Fertur aũt q virtutem habet custodiendi gestantem se a nociuis casibus/ et similiter cunabula infantiũ.

Memphites. Memphites lapis est a ciuitate egipti que memphis vocatur sic dictus/qui dicit vt ignis calere virtute quidem q videt actu hic tritus et aqua mixtus in potu datus vrendis vel secandis / quia inducit insensibilitatem ne sentiat cruciatus.

Magnesia. Magnesia quem quidam magnosiam vocant/lapis est niger quo frequenter vtunt vitrearij: hic lapis distillat et fluit in magno et forti igne et non aliter/ et tunc immixtus vitro ad puritatem vitri deducit substantiã.

Marcasita. Marcasita siue marchasida vt quidam dicunt est lapis in substantia/ et habet multas species/quare colorem accipit cuiuslibet metalli/ et sic dr marchasida argentea et aurea et sic de alijs. Metallum tamen qđ colorat eum nõ distillat ab ipso/sed euaporat in ignem/ et sic relinquit cinis inutilis/ et hic lapis notus est apud alchimicos/ et in multis locis inuenitur.

Cap. xij. De incipientibus a. xij. litera que est N.

Nitrum. Nitrum etiam accedit ad lapidis coagulatõem/est aũt sub pallidũ et perspicuũ: et huius virtus probata est q dissoluit et attrahit: et valet contra ictericiam: et est de gñe salis.

Nichomar. Nichomar idem est q alabastrũ qđ quidem est de gñe marmorũ: tamen quia virtus eius est mirabilis inter lapides preciosos ponit. Et expertũ est de hoc q frigiditate sua pseruat aromatica

vnguenta. Et ideo pixides de hoc lapide fecerũt antiqui. Conseruat etiam frigiditate sua corpora mortuoꝝ a fetore excellenti/ ꝛ ideo monumenta ꝛ mauseola antiqua de hoc lapide inueniunt: est aũt albus nitens. Aiunt etiam ꝙ victoriã dat ꝛ amicitiam ꝯseruat. Sunt etiã quidam qui dicunt lapidem quendam nuse vocatũ esse/ de gñe lapidum bufonis/ ꝛ in multis inuenit̃ bufonibus. Et sunt duo genera/ vnus subalbidus sicut si lac intrauerit sanguinem ꝛ vicerit eum/ ꝛ ideo sanguinis obscuras venas dicunt in eo apparere: ꝛ alter est niger/ ꝛ aliquando in eo depingit̃ bufo sparsis pedibus ante ꝛ post. Dicunt etiam ꝙ si ambo simul includant̃ ꝑsente veneno eos adurere manũ tangentis. Probationem aũt huius lapidis esse dicunt ꝙ exhibitus bufoni viuo bufo eleuat̃ contra eum ꝛ tangit eũ si potest. Dicit̃ etiam ꝙ ꝑsente veneno varius efficit̃ qui subalbidus est.

¶ Cap. xiij. De incipientibus a. xiij. litera que est O.

Onix gemma esse perhibet̃ nigri coloris: inuenit̃ melius genus eius nigrũ albis venis variatũ: venit aũt de Media ꝛ Arabia. Inueniunt̃ aũt quinqꝫ diuersitatum ꝓpter varietatem venaꝝ ꝛ coloꝝ. Aiunt collo vel digito suspensus excitat tristiciam ꝛ timores/ ꝛ in somno fantasias terribiles/ ꝛ multiplicare fertur tristicias ꝛ lites. Dicunt aũt ꝙ auget saliuã pueris. Si aũt sardinus sit ꝑsens ligatur onix ꝛ suspendit̃ a nocumento: hec aũt omnia si habet ꝑfecto habet ideo/ quia virtutem habet mouendi melancoliam ꝑcipue in capite/ ex motu em̃ illius ꝛ vapore omnia ista ꝓcedunt. Dicunt aũt quidam onicham seu onichulũ esse idem/ qđ verisimile est/ vel ꝙ sit aliqua species eius/ sed colore nõ niger nisi aliqñ/ sed colorem habet vt humanus vnguis/ sicut supra diximus. Sed onichinis noĩs inueniunt̃ multi colores albi/ ꝛ nigri/ ꝛ rubicundi/ qui tamen omnes in substantia quadam fabricant̃/ que similitudinem exprimit vnguis hominis. Aiunt etiam ꝙ ex lacrima arboris que onica dicit̃ indurata in lapidem generat̃: ꝛ hanc esse causam ꝙ odoriferus est in igne. Hanc etiam causam inquiunt esse ꝙ frequentius alijs depictus imaginibus mirabilius inuenit̃/ quia lacrima a principio mollis facile formabilis pingit̃ ꝛ picturã retinet qñ in lapidem induratũ coagulat̃. Hunc lapidem dicunt insensibiliter intrare in oculũ/ ꝛ hoc est mirabile. Sed ego vidi saphirũ intrare in oculũ ꝛ lapidem galli/ ꝛ quendam aliũ cuius nomen ignoraui sine lesione oculi: politũ em̃ tenue nõ ledit oculũ nisi tangat aciem siue pupillam sensibilem ꝯtra foramen vuee. Obtalmus lapis est ab otalmia dictus/ cuius color non nominat̃/ forte ideo quoniam multorum est colorũ. Valere autem dicitur gestanti contra omnes malos morbos oculorum/ visus autem trištantium dicitur obcecare/

Onix.

Obtalmi virtutes.

Orites triplex.

Orfanus

Panterus.

Peranites

Perithe

Prassius

& ideo etiam patronus furũ vocant/gestantes enĩ eum quasi inuisibiles reddunt. Orites habet tres species/ quarum vna nigra & rotunda: alia viridis maculas albas habens: tercia cuius altera pars est aspera/altera plana/& est color eius quasi ferri lamina: & talis etiam est dispositio corporis eius/de quo ferunt q vnctus oleo rosato & gestatus pseruat ab aduersis casibus & pestiferis morsibus reptiliũ Dicit etiam in phisicis ligaturis q appensus mulieri phibet ipsam impregnari/& si pregnans est aborsum facit. Orfanus est lapis qui in corona romani imperatoris est/neqz vnqz alibi visus est/ppter qd etiam orphanus vocat: est aũt colore quasi vinosus subtilem habens vinositatem/& hoc est sicut si candidum niuis candens seu micans penetrauerit in rubeũ clarum vinosum/& sit superatum ab ipso. Est aũt lapis plucidus/ & tradit q aliquando fulsit in nocte/ sed nunc tempore nostro non micat in tenebris. Fertur autem q honorem seruat regalem.

Cap. xiiij. De incipientibus a. xiiij. litera que est. P.

Panterus lapis est multos habens colores in vno corpore lapidis/nigrum videlicet & viridem & rubeũ/& alios multos: inuenit aũt pallidus/purpureus & roseus. Ferunt aũt luscos efficere visus. Inuenit fm plurimum in Media: debet aũt gestans ad ipsum inspicere in mane oriente sole vt sit efficax & victoriosus: tot aũt virtutes dicit habere quot colores habet. Peranites lapis est generatus de micheton/& est feminei sexus: Nam certo tempore dicit concipere & parere psimilem lapidem naturalem/valere aũt dicit pregnantibus. Perithe siue peridonius lapis est fului coloris: dicit etiam valere contra artheticam. Mirabile etiam referunt de isto lapide q si fortius pstringat manu adurit manũ/vult ergo leuiter & pauide tangi. Dicit aũt de hoc gñe esse alia species que est crisolito similis/nisi q est maioris viriditatis. Prassius est lapis qui est matrix & palaciũ smaragdi freqntius/ est aũt viridis coloris habens viriditatem spissam sicut prassiũ qd est marrubiũ. Inuenit aũt aliquando cũ rubeis guttis & aliqñ cum albis. Expertũ aũt est q confortat visum/& quadã iaspidis & quasdam smaragdi habet opationes. In epla etiam Esculapij cuiusdam philosophi ad Octauianũ augustũ ferunt q aliqd venenũ est tante frigiditatis q cor hominis interempti illo veneno pseruat ab igne Et si cor illud in igne ponat tamdiu q in lapidem obtesi puertit lapis ille vocat profilis ab igne/vocat humanus a materia: pciosus esse dicit eo q victores facit & a veneno pseruat. Narrat aũt licet fabule sit simile q Alexander macedonius hoc lapide sub cingio suo in prelio vtebat/cumqz reuerteret ab india & vellet lauari in eufrate

deposito sub cingio morsu serpens casu precidit lapidem/ et euomuit eum in eufrate: et de hoc mentionem dicit Aristot. fecisse in libro de natura serpentum/ qui liber ad nos non peruenit: colore autem rubet hic lapis candorem habens admixtum.

¶ Cap. xv. De incipientibus a. xv. lra que est Q.

Quiricia lapis est qui inuenit in nido vpupe aliquando que tota est auis prestigiosa et multa augurans vt dicunt magi et augures. Est autem lapis hic proditor secretorum/ et fantasias commouens si ponatur super pectus dormientis. Quandros lapis est qui aliquando inuenit in cerebro vulturis / cuius virtutem ferunt esse contra quoslibet nociuos casus/ et replet mamillas lacte. — Quiricia — Quandros.

¶ Cap. xvj. De incipientibus a. xvj. litera que est R.

Ramai quod in medicinalibus inuenit et alchimicis / quod idem est quod bolus armenus: est autem lapis subrubeus: huius aut virtus pro certo experta est quod est constrictiua ventris/ et precipue sanguinis disinterie et menstruorum. Radaim lapidem et donatidem eundem aiunt: dicunt aut quod niger est lucens. Ferunt aut quod quando capita gallorum comedere dantur formicis quod aliquando post tempora multa in capite maris galli hic lapis inuenit. Ferunt etiam hunc valere ad quodlibet impetrandum. — Ramai — Radaim

¶ Cap. xvij. De incipientibus a. xvij. litera que est S.

Saphirus lapis est valde notus/ et secundum plurimum eius venit ab oriente ex jndia. Inuenit etiam in ypodromo apud rhodanum prouincie regionem/ et ciuitatem/ sed non est adeo preciosus vt per omnia sit similis orientali. Est aut in colore perspicuus flauus sicut celum serenatum/ sed vincit in eo flauus color/ et ideo est melior qui est non satis perlucidus. Optimus aut qui nubes habet obscuras ad rubedinem declinantes. Inuenit etiam bonas qui albidas habet nubeculas: substantia sua sit sicut fusca nubes/ aliquantulum transparens. Huius aut virtutem ego vidi quod antraces duos fugauit. Aiunt etiam hunc lapidem hominem castum reddere et interiorem ardorem refrigerare/ sudorem stringere/ dolorem curare frontis et lingue: vidi ego vnum in oculum intrare/ et sordes ex oculis purgare/ sed ante vult poni in aquam frigidam/ et post similiter. Quod aut dicunt quod amittit virtutem et colorem postquam semel fugauit antracem/ est falsum/ quia vidi vnum qui successiue in teriecto spacio fere annorum quattuor fugauit antraces duos. Dicunt etiam quod corpus inuegetat et paces conciliat/ pium et deuotum ad deum efficit/ et animam firmat in bonis: hic lapis alio nomine sirites/ vel vt alijs placuit sirrithes vocatur/ eo quod in sirtibus inuenitur. Sardonix quem quidam sardonicem vocant/ etiam compositus est ex duobus lapidibus — Saphirus. — Saphiri virtutes — Sardonix

sardo videlicet ꝛ onicē. Est ergo rubeus/ꝛ h̄ color supeminet in ip̄o
ex sardio/est etiā albus ꝛ niger/ꝛ coloris vnguis ꝓferens ex onice.
Laudabilior aūt est q̄ hos colores magis habet distinctos ꝛ q̄ den-
sioris est substantie. Inuenit aūt quinqꝫ modis ꝛ forte pluribus ꝓ
pter diuersam colorꝝ cōmixtionem/ꝛ sc̄d̄m diuersam densitatem: ꝛ fre-
quentius inuenit in india ꝛ arabia. Fert aūt luxuriā depellere/ꝛ ho
minem castū reddere ꝛ pudicū. Est aūt maxima huius virtus in h̄
ꝙ cū onichinus nociuus sit/hic nocere nō potest sardinū sibi in sc̄d̄a
Sardinus. habens admixtū. Sardinus lapis est ab antiq̄ssimo inter p̄ciosos
lapides ꝯnumeratus vel cōmemoratus. Est aūt ruborem spissū ha-
bens cū sc̄d̄a obscure peruia/sicut si puietas imaginaret in rubea ter-
ra: ꝛ s̄m hanc diuersitatem inuenit quinqꝫ modis/ita ꝙ aliq̄s in h̄
habet de puietate/ꝛ forte est ille matrix aliorꝝ ꝛ domus in q̄ generat.
In sardis aūt ciuitate prius esse reptus dr̄/ideo sic vocat. Aiūt aūt
hunc accendere animū ad gaudiū ꝛ acuere ingenia: per virtutes ꝯ-
Sarda rias ligare a nocumento onichinū. Sarda ꝙ aliȷ̄ dicūt sardo lapis
est qui se habet ad tabulas ligni sicut magnes ad ferrū/ꝛ ideo adhe-
ret ita fortiter tabulis nauiū ꝙ euelli nō possit/nisi abscindat cū ip̄o
ea pars tabule cui inheserit: est aūt in colore purissimus nitens. Si-
Selenites lenites lapis est de quo varia referunt. Dicunt em̄ quidā hunc nasci
in q̄dam gn̄e testudinis jndico/ꝛ esse variū/rubeo/albo/purpureo/
q̄qꝫ colore pulcherrimū. Aliȷ̄ aūt dicunt hunc virentem ꝛ in ꝑsidis
partibus freq̄ntius inueniri. Dicunt aūt hunc crescere luna crescen-
te/ꝛ luna decrescente decrescere: gestatū aūt ferunt ꝯferre p̄scientiam
quandam futurorꝝ/si sub lingua portat/ p̄cipue p̄ma luna ꝛ decima
existente. Dicunt em̄ ꝙ mane p̄ma luna vna tantū hora habet hanc
virtutem: decima aūt existente luna habet virtutem in prima hora ꝛ
sexta. Modus aūt diuinatōis est ꝙ cū portat sub lingua cogitat de
aliquo negocio vtrū fieri debeat vel nō/ꝛ si fieri debet cordi tenaci-
ter infigit/ita ꝙ euelli nō potest: si aūt nō debet fieri statim cor resi-
lit ab ipso. Fert etiā ꝙ curat ptisicos languentes ꝛ debiles. Sma-
Smaragdus ragdus lapis p̄ciosior multis aliȷ̄s/ꝛ nō rarus/ꝛ est color eius vi-
ridissimus translucens ita ꝙ vicinū aerem sua videt tingere viridi-
tate. Figura sua melior est planicies sup̄ficiei/quia tunc vna pars nō
obumbrat aliam. Melior aūt est que nec lumine nec vmbra variat.
Huius ꝓpter planiciei ꝛ coloris varietatem dicunt esse diuersitates
duodecim/eo ꝙ aliq̄n quoddā fel nigrū ꝑ modū virgularꝝ ꝑmixtū
habet. Sunt aūt a locis dicti scitici vel britannici ꝛ niliaci/ꝛ qui in
venis eris nascunt/ꝛ maculosi q̄dam ꝛ quidā calcedoniȷ̄/eo ꝙ ad-
mixturam habent cū illo lapide: meliores omnibus sunt scitici. Fert
aūt ꝙ illi de nidis griffonū auferunt/qui lapidem hunc cū crudeli-

tate magna custodiunt. Dixit enim vnus de grecia veniens vidicus & curiosus experimentator q ille lapis nascit in rupibus qui sunt sup aq maris/ & q ibi frequenter inuenit. Rationale enim est q in venis eris in pspicuo q ad eris supam nō venit nascit/ quia rubiginis eris habet viriditatem. Expertū aūt est tpibus nr̄is q hic lapis siue bonus & verus est nō sustinet coitū/ pter qđ rex vngarie qui nr̄is tpibus regnat/ in coitu cū vxore sua lapidem hunc in digito habuit/ & pter coitū in tres partes fractus fuit. Et ideo pbabile est q dicūt q hic lapis gestantem se ad castitatem inclinat. Ferunt etiā q auget opes & in causis dat vba psuasoria/ & q collo suspensus curat emitriteū & caducos morbos. Exptū aūt q visum debilem cōfortat & oculos cōseruat. Dicunt etiam q bonā facit memoriā & q tempestatem auertit/ & valet diuinantibus/ pter qđ a magicis querit. Sirus est lapis a siria dictus/ vt dicit Isid. q integer natat/ & cōminutus fluctuat. Profecto huius causa est qa in poris integrū aerem ptinet q euanescit a puluere cōminuti lapidis. Sarcofagus lapis est deuoratiuus cadauer mortuor. Grece em̄ sarcos sonat archam/ fagos aūt comedere. Antiqui aūt quidam hoc lapide primo fecerunt archas mortuorum/ eo q in spacio .xxx. dier cadauer psumit. Ob hoc aūt nr̄a monumenta lapidea sarcofagi sunt vocata. Sarmius lapis est a sarmia insula in qua inuenit dictus/ hoc aūt lapide polit aurū. Fertur aūt q potatus vertiginem sedat/ & mentem solidat: habere aūt hoc viciū dicit q alligatus manu parturientis impedit partū/ & ptinet ipsum in matrice. Suetinus lapis est crocei coloris/ quem greci eliciam vocant. Inuenit em̄ aliqn̄ transflucens vt vitrū: vocabulū aūt trahit a materia/ quia suco vel gūma arboris nascit que pinus vocatur/ vulgariter aūt lubrg vocat. Confricatus aūt trahit folia paleas & fila sicut magnes ferrū. Dicunt aūt q pfert portantibus se castitatem. De expertis aūt est q fugat serpentes incensus: pregnantibus aūt valere dicit ad facilem parturitionem. Melior aūt est qui fit de suco qui in estate calida prosilit/ obscurior aūt qui fit de suco alterius corporis. Specularis lapis vocat eo q ad modū vitri perspicuus fit. Dicit aūt in hispaniar vrbe segebia primitus inuentus. Ego aūt vidi illū abūdanter inueniri ita q currus inde onerant in diuersis partibus theutonie: vidi etiam in gallia inueniri cū gipso/ quia gipsi extremitas quedam est/ effossus aūt scindit in quaslibet tenues partes & fiunt inde fenestre sicut de vitro/ nisi q loco plūbi oportet ponere lignū leue abienū. Sūt vt videt tres species eiusdem vnū scilicet lucidū vt vitrum/ aliud nigrū penitus quasi attramentū/ terciū citrinū qđ vocant auripigmentū vel arsenicū sicut supra diximus qđ carius est & nobilius.

Virtutes smaragdi.

Sirus

Sarcofagus

Sarmi⁹

Suetin⁹ al's sucinum.

Specularis.

¶ Cap.xviij. De incipientibus a .xviij. litera que est T.

Topasij virtutes

T Opasion lapis est sic vocatus a loco sue prime inuentionis/qui fertur vocari topasis insula/ et quia auri similitudinem p̄tendit. Sunt aūt due species in hoc gn̄e lapidis/quaꝝ vna est omnino similis auro/ et hec est preciosior: alia est crocea magis tenuis coloris q̄ auri sit color/ et hec est vilior. Expertum aūt est in nostro tempore ꝙ si in aquam bullientem immittat̄ ita deferuere facit ꝙ statim manu imissa extrahitur/ et hoc fecit parisius vnus de nostris socijs. Dicunt etiam ꝙ valet contra emotoycam et lunaticam passionem. Hoc aūt certū est ꝙ speculum est lapis iste et idolum obiecti corporis sicut speculū ꝯcauum in ꝯuerum representat: cuius causa esse nō potest nisi ꝙ interius per superficies concauas ꝯcrescit et coagulat̄.

Turchois virtutes

Turchois lapis est coloris flaui et lucidi candentis/ac si lac penetraret in flauū colorem et resultet per ipsum ad superficiem. Dicunt aūt ꝙ visum conseruat/ et a nociuis casibus portantem se defendit

¶ Cap.xix. De incipientibus ab V litera.

Varach

V Arach quidem dicit̄ sanguis draconis/s̄m Aristo. lapis est. Quidam aūt medicoꝝ dicunt ꝙ est sucus cuiusdam herbe. Sed qđ dicit ostendit̄ in puluere/cuius supficies nitet et aspera est sicut cōminutus lapis/est aūt rubeus valde: valet aūt contra quemlibet fluxū/ et precipue sanguinis/ et ex eo et argento

Vernix

uiuo fit algala. Vernix est lapis qui dicit̄ armenicus: est aūt coloris subpallidi: valet certissime ꝯtra melancoliam/ et ꝯtra viciū splenis/

Virites

et epatis/ et ꝯtra cardiacam passionem. Virites est gemma quam supra piritem diximus. Color aūt eius est fulgens vt ignis vt supra diximus/leniter et reuerenter vult tangi/aut adurit tangentis manū. Mirum quia etiam noctiluca animal aliquando adurit manum/ sicut ego ipse expertus sum sepius.

¶ Caplm.xx. De incipientibus a litera Z.

Zemech.

Z Emech est lapis qui vocat̄ lazuri/ huic inest tenuis color flauus cū corpusculis aureis. Fit aūt inde azuriū. Certissime valet sumptus ꝯtra melancoliam et quartanā et sincopim ex vaporibus melancolicis ꝓuenientem.

Zigrites

Zigrites lapis est coloris vitrei/alio nomine etiam euax vocatur. Et dicit̄ ꝙ gestatus collo stringit sanguinem/ et depellit mentis alienationem.

¶ Hec de lapidibus dicta in speciali sufficiant: Quoniam si in speciali de virtute cuiuslibet lapidis vellemus dicere modū voluminis excederemus. Sicut enim a principio diximus si quis experimentari voluerit vix lapillum inueniet qui nō habeat aliquam virtutem/sed per ea que dicta sunt iudicare de omnibus est planū.

¶ Tractatus tercius secundi libri de lapidibus in quo est de sigillis lapidũ/ꝛ qualiter est dicendũ de sigillis: ꝛ quot sunt modi sigilloꝛ/ꝛ de expertis. Caplm primũ.

De imaginibus aũt lapidũ ꝛ sigillis post hec dicendũ est/ licet enĩ pars ista sit pars nigromantie fm illam speciem nigromantie que astronomie subalternat/ꝛ que de imaginibus ꝛ sigillis vocat/ tamen ꝑpter bonitatem doctrine/ꝛ quia illud cupiunt a nobis scire nostri socij aliquid de hoc hic dicemus/omnino imperfecta ꝛ falsa reputantes/quicquid de his a multis scriptũ inuenit. Antiquoꝛ enim sapientũ scripturam de sigillis lapidũ pauci sciunt nec sciri potest nisi simul ꝛ astronomia ꝛ magica ꝛ nigromantie scientie sciant. Incipientes igit de imaginibus lapidũ dicimus nos tres modos imaginum in lapidibus inueniri. Quoꝛ vnus est ꝙ inuenit in lapide imago nec exarata nec super eũ eleuata/sed in eo depicta quasi coloribus ꝛ picturis variata sit. Alter est ꝙ inuenit eleuata quasi opere exclusorio super lapidem. Tercius modus est ꝙ figura insisionis est exarata in lapidũ quibusdã partibus lapidis abrasis/ꝛ quibusdam remanentibus. Adhuc aũt in imaginibus que sunt picte aliquando pingit imago coloꝛe eiusdẽ lapidis/ꝛ tunc nõ ostendit imaginem nisi modus terminationis linearũ quarundam que sunt in superficie lapidis/aliquando imago habet colorem omnino aliũ a coloꝛe lapidũ. Hi aũt duo modi sunt imaginibus que eleuate sunt super lapidũ superficiem. Volo aũt primo narrare que vidi/ꝛ expertus sum ego ipse/ꝛ postea ostẽdere causam ꝛ modũ per quem a natura efficit imago/ꝛ tercio loqui de imaginibus factis per artem ꝛ ostendere virtutes sigilloꝛ. Dico igit ꝙ me existente venetijs cum essem iuuenis incidebant marmora ꝑ serras ad parietes templi oꝛnandos: ꝯtigit aũt in vno marmoꝛe iam inciso tabulis incisis sibi applicatis apparere depictũ caput pulcherrimum regis cũ coꝛona ꝛ longa barba/neqꝫ in aliquo peccare videbatur pictura/nisi in hoc solo ꝙ frontem videbat in medio habere nimis altera ascendente versus verticem capitis. Sciuimus aũt omnes qui aderamus hoc a natura fuisse pictum in lapide/ꝛ cum a me quereret causa inoꝛdinationis frontis/dixi lapidem illum ex vapoꝛe fuisse coagulatũ/ꝛ in medio per caloꝛem foꝛtioꝛem vapoꝛem inoꝛdinate ascendisse vltra modũ. Fuit aũt pictura eiusdem coloꝛis cũ lapide. Hmõi aũt simile est in nubibus in quibus oẽs apparent figure quando ventis nõ agitant/ꝛ continue ꝑpter calidũ eleuans eas etiam dissipant/que si appꝛehenderent loco ꝛ virtute lapidibus multas effigiarent figuras/ꝑpter hoc apparet ergo figuram picture

Tres modi imaginum

Naturalis imago capitis

simplicis aliquando esse a natura. Post hoc autem longo tempore cum essem parisius de numero doctorum et grege contigit advenire ad studium filium regis castelle/ cuius coqui cum pisces emerent prenominati nobilis famuli piscem emerunt qui latine peccez vulgariter pleis vocabatur / et erat maxime quantitatis in illo genere piscis/ cum autem exenteraretur piscis/

mira species conche

in ventre eius apparuit concha ostrei maximi/ quam ad me memoratus nobilis fecit causa dilectionis adaptari: concha ergo illa in concauo sui quod est planum et politum habebat figuram trium serpentum ore eleuato optime factorum/ ita quod nec figura defuit oculorum/ cum tamen essent valde parui/ exterius autem in conuexo quod erat asperum habebat figuras multorum .x. videlicet et amplius serpentum simili per omnia opere factorum nisi quod omnes exteriores nodo quodam in collo videbantur colligati/ capitibus tamen et corporibus separatis/ neque fuit vlla istarum imaginum que non esset perforata foramine ab ore serpentis incipiente/ et inferius ad caudam serpentis exeunte/ et erat foramen ita paruum quod videbatur filo factum fuisse. Hanc autem concham ego multo tempore habui/ et multis ostendi/ et postea eam misi pro munere in theutoniam cuidam. Constat igitur per illud experimentum etiam figuras eleuatas super lapides aliquando fieri a natura. Narrauit autem mihi quidam nobilis et potens quod quodam tempore ab vno rusticorum suorum presentatum fuit sibi ouum minoris quantitatis quam galline/ in quo corpore exclusorum simi-

Ouum

li in testa optime figuratus fuit serpens cristatus et alatus et habebat figuram pedis sicut pes galli: omnia autem hec indicant tales formas aliquando a natura formari/ et hoc puto ego et scio verum esse.

Capitulum secundum De figuris lapidum a natura factis.

Q Ueramus igitur qualiter a natura formantur. Reuocemus igitur ad memoriam ea que in secundo nostrorum phisicorum de monstris loquentes determinauimus. Non igitur ignoramus quod sunt quedam loca in celo in quibus cum luminaria conuenerint impediunt etiam in propria et efficaci materia figuram humanam generari/ et materia tunc concrescit in horribile monstrum. Aliquando

Causa imaginum naturalium

etiam econuerso concurrunt luminaria et ceteri planete ad locum in quo tanta virtus est generationis humane/ quod in semine valde difformi contra vim formatiuam illi semini insitam imprimit formam humanam/ propter hoc contingit aliquando porcellos in capite preferre figuram hominis/ et fetus vaccarum similiter. Quod quia ex permixtione seminis hominis cum dictorum animalium seminibus esse non possit in phisicis nostris satis est ostensum. Hec igitur est causa et non alia quod etiam in lapidibus vaporabiliter in materia coagulatis imprimitur figura hominis vel alia de figuris specierum quas producit natura aut pingendo tantum/ aut etiam figurando totum eleuando in toto vel in parte maxime cum sit huius

efficiens in onichinis ꝓpter materie maiorem mollicıem vt diximus
supra. Est em̄ Colonie in capsa triū regū magne quantitatis onichi
nus habēs latitudinem manus vnius hominis ꝛ amplius/ in quo
super materiā lapidis onichini qui est sicut vnguis picta duo sunt Natura
capita iuuenū albissima/ ita ꝙ est vnū sub alio/ sed elucet ꝑpositōe lis pictu
nasi ꝛ oris: ꝛ in fronte capitū est figuratus nigerrimus serpens qui ra ony-
colligat capita illa. In mandibula aūt vnius in ea parte vbi est an- cis
gulus curuitatis mandibule inter partem que descendit a capite/ ꝛ
eam que ad os inflectit̄ est caput ethiopis cū longa barba nigerrimū
Et subtus in collo iterū est lapis habens colorem vnguis ꝛ videtur
esse vestimentū decoratū floribus circa capita: ꝓbaui aūt ꝙ non est
vitrum sed lapis/ ꝓpter qđ presumpsi picturam illam esse a natura
ꝛ nō ab arte/ similes aūt multi inueniunt̄. Nō latet tamen aliqñ per
artem fieri tales imagines duobus modis: vnus quorū est in quo
opatur ars ꝛ natura: ꝛ illa quidem vel qualis ars effingit̄ figuras/
ꝛ materie colores/ ꝛ postea totū ponit̄ in aqua in qua fortis est vis
mineralis lapidificatiua ꝛ ex illa coagulat̄ in lapidem sicut diximus
supra. Secundus aūt modus est deceptorius ꝙ effingunt̄ imagines
in materia ꝛ diuersificant̄ colores figure per sigilla/ ꝛ postea ope al-
chimie per aquam vel aliū liquorem coagulantem indurat̄ in simi-
litudinem lapidis: ꝛ hoc maxime fit per illud qđ alchimici vocant
lac virginis: fit aūt qñ litargirū fortissime lauat̄ in aqua/ ꝛ sepius
coletur per ipsam quousq; fit sicut lacrima ꝛ iste due aque permisce-
antur: est em̄ hec aqua certissime coagulans/ ꝛ videbit̄ lapis qui per
eam coagulatus est. Multis aūt alijs modis fiunt coagulationes
materiez/ ita ꝙ videbunt̄ lapides cum non sint/ si quis subtiliter ꝛ
per lunā tentauerit. Aliquando aūt fiūt hmōi colores in vitro sim-
plici/ ꝛ similiter imagines/ ꝛ hoc vulgus imperitū putat esse lapi-
des: his ergo de causis fiūt imagines picte ꝛ excluse siue eleuate. Ille
aūt que ex arte rasura vident̄/ nō intelligo q̄liter fiant nisi ab arte nō
a natura ꝑ aliquē modū/ sed in gēmis durissimis dicunt̄ fieri ꝑ par
tes adamantinas acutas ꝛ durissimas ab his q̄ scribunt de gēmis/
qđ ego nequaq̄ credo verū esse: ad tales em̄ exaratōes oportet habe
re instrumenta decenter aptata: qđ non potest esse in partibus ada-
mantis/ nisi mollirentur sanguine hircino/ ꝛ tunc esset dispendium
ꝛ nimis sumptuosum/ eo ꝙ aliquando parum valentem gemmam
exaratam esse videmus. Que igitur experti sumus etiā hic dicimus/ Quomo
distillatur enim ꝛ depuratur calibs sepius donec fere habet albedi- do scul-
nem argenti/ ꝛ tunc ex eo formantur instrumenta ferri ꝛ sculptorum pantur
angulis ꝯuenientibus ꝛ subtilibus/ ꝛ tūc exprimit̄ succus raphani ꝛ gemme
permiscet̄ cum succo raphani aqua que extrahit̄ de lumbricis terre

contusis ⁊ expressis per pannū ita q tantū sit vnius quantū alterius/⁊ postea candens instrumentū extinguit in aqua illa bis vl' ter vel pluries quotiens oportet ⁊ efficit ita durum q radit gemmas ⁊ incidit aliud ferrū sicut plumbū. ¶ Hec igitur dicta sunt de causa imaginū que apparent in gemmis. Si aūt quis querat quare imagines in alijs lapidibus nō inueniunt nisi in gemmis: dicemus q prius nos expertū induximus q aliquando apparent in marmore: sed in alijs generibus lapidū iam nō apparent/quia materia eoz est grauis ⁊ grossa terrestris ⁊ virtutibus mouentibus inobediens/⁊ ideo celum eam mouere ⁊ imprimere nō potest: lapides aūt preciosi ⁊ quedam marmora vt supra diximus vaporales habent materias facile mouentib⁹ obedientes/⁊ ideo in eis tales generant imagines. Exemplum huius est in vaporibus seminalibus in quibus de facili apparent imagines que tantum in substantia cerebri vel capitis vel ossis nō imprimunt/omnes eñ motus celestes potest impedire confusio/⁊ inhabilitas materie sicut diximus sepius in pcedentibus/⁊ est hoc/sicut si sigillum lapidem tangat vel duram terram tunc nequaq̄ imprimit/si aūt tangat aquā imprimit/⁊ si aqua congelatur tunc figura perseuerat in glacie. Hec aūt nō omnino phisica sunt/tamen pter doctrine bonitatem hic sunt interposita.

¶ Capl'm. iij. De causa quare gemme primitus sculpi precipiebant/⁊ quod sit iuuamentū in ipsis sigillis.

Nunc aūt determinemus causam quare gemme primitus a sapientibus sculpi pcepte sunt/⁊ qd sit iuuamentum in ipsis sigillis eorū: huius aūt causam cognoscere ex scientia oportet magoz/quam compleuerunt Magot grecus ⁊ Germa babilonicus/⁊ Hermes egiptius in primis/ postea aūt mirabiliter efulsit in ea Ptolomeus sapiens ⁊ Geber hispalensis/ Tebith aūt plene tradidit artem. Est aūt principiū in ipsa scientia omnia quecunqz fiunt a natura vel arte moueri a virtutibus celestibus primo: ⁊ hoc de natura nō est dubiū. In arte etiam pstat eo q aliquid modo ⁊ nō ante incitat cor hominis ad faciendū/⁊ hoc esse nō potest nisi virtus celestis vt dicunt sapientes prenominati. Est eñ in homine duplex principiū operū/natura scilicet ⁊ voluntas/⁊ natura quidem regit sideribus/voluntas quidem libera est/sed nisi renitat trahitur a natura ⁊ indurat/⁊ cū natura moueat motibus siderū incipit voluntas tunc ad motus siderū ⁊ figuras inclinari: probat hoc Plato ex operibus pueroz qui libertate voluntatis non adhuc renitunt nature ⁊ siderū inclinationi. Illi eñ ex siderū virtute postendunt in se habilitates ad vnam artem vel aliam in qua si exercitentur perfecti efficient/⁊ si reluctent ⁊ alias exerceant/nunq̄

Magie scriptores

ꝓpter nature ad illam artem ineptiã ꝑfectionem ꝯsequunť. Nõ aũt dubitamus quin omne qđ est causa aliquo modo cause/est etiam aliquo modo causa causati. Si igitur vis ꝛ afflatus siderũ influit q̃ndam causalitatem artis in artifice: pro certo nisi impediatur influet omnibus operibus artis aliquid sue virtutis. His habitis ꝓ principio sumimus a dictis philosophis ꝙ etiam alibi ꝓbandũ est figuras celoꝝ primas esse figuras/ꝛ ante omniũ generatoꝝ natura ꝛ arte figuras. Qđ aũt primũ est genere ꝛ ordine generantiũ absq3 dubio causalitatem suam per modũ cuiq3 congruũ omnibus influit sequentibus. Nos enim nõ intendimus hic de figuris mathematice sumptis/sed de figuris prout inducunt diuersitatem generantiũ ꝛ generatoꝝ in ordine ꝛ speciebus ꝛ natura forme ꝛ materie sue: habebit igitur figura celestis causalitatem in omni figura generata a natura eo ꝙ ars resoluiť in principiũ nature/quia principiũ artis prout diximus natura est ꝭm ꝙ exiuit a suo celesti principio/cuius principiũ est intellectus practicus/ sicut idem intellectus est principiũ artis/sicut diximus sepius in celo ꝛ mundo ꝛ phisicis. Ex his aũt de necessitate ꝯcludiť ꝙ si obseruare ad celestem figuram imprimať figura in materia per naturam vel artem/ꝙ celestis figure aliqua vis influit operi nature ꝛ artis/ꝛ inde est ꝙ obseruare ad imagines celi precipiunť fieri opera ꝛ exitus ꝛ introitus ꝛ incisio vestiũ ꝛ vestitura a Ptolomeo sapiente. Hinc est ꝙ in scientia geomantie figure punctoꝝ ad imagines tales reduci precipiunť quia aliter nõ sunt vtiles/hac ergo industria ꝯsiderata primi ꝓceptores ꝛ ꝓfessores phisici gemmas ꝛ imagines metallicas ad imagines astroꝝ obseruatis tꝑibus quando vis celestis fortissima ad imaginem eandem esse probatur/vtputa celestibus multis virtutibus admixta sculpi precipiebant/ꝛ mira per tales imagines operabanť. Imagines autem celi ex multis q̃dem adiuuanť/sunt tñ ꝓcipue quinq3 obseruanda/sc3 imago circuli nõ stellati/quia circulus signoꝝ non stellatus est primus habens motũ figure ꝛ vite. Scđo iuuať ex imaginibus stellatis que etiam obseruare oportet debite. Tercio aũt est ex situ planetaꝝ in signis ꝯfortantibus signa. Quarto aũt ꝙ quantitate eleuationis ꝛ elongationis ꝭm longitudinem ꝛ latitudinem a linea equinoctiali ꝛ ascendente. Et quinto ex respectu omniũ hoꝝ ad latitudinem climatis: hoc eñ multũ est obseruandũ/quia ex hoc ꝛ quarto variať tota qualitas anguloꝝ quos describunt radij super figuram rei generate vel facte per artem ꝛ ꝭm q̃ntitatem illam angl'oꝝ infundunť rebus virtutes celestes: hoc eñ pauci obseruant ꝛ pauciores obseruare sciunt/ꝛ dum sine scientia nitunť ad opus artis imaginũ ꝓpter fallaciam sue oꝑationis credunt fallere scientiã ꝛ ꝯtemptibilem reddũt

Figure celoꝝ sunt prime figure

Quomodo figure celestes influunt

In imaginibꝰ celi sũt q̃nq3 obseruanda.

eandem/sic igitur ad celestes imagines sculpi gemme & hac de causa precipiunt. Sed nõ lateat nos q̃ sicut virtutes naturales ꝑdurant in quodam tempore & nõ vltra ita est etiam de virtutibus imaginũ/ nõ enĩ influit aliqua virtus de celo nisi in quodam tempore periodi sicut diximus in fine perigeneos/ & postea cassa & inutilis remanet imago frigida & mortua: & hec est causa quare quedam imagines nõ operant hoc tpe qd fecerunt tpe antiquo. Hinc est q̃ distinguunt in astronomia diuersi anni imaginũ celi & planetaꝝ & quarundam stellaꝝ dicunt esse anni maiores & medij & minores/ in quibus explicant sua causata fortiora vel minus fortia vel media.

Virtutes imaginũ certo tpe durant

¶ Cap. iiij. Qualiter imago dicatur orientalis/ occidentalis/ meridionalis vel aquilonaris.

Hoc aũt qd inuenit in Euace & Aaron & Diascoride & q̃busdam alijs q̃ quedam figure sunt orientales/ & quedã meridionales/ & quedam aquilonares/ & quedam occidentales/ omnino abusiue intelligit ab hominibus nr̃i tempis qui de lapidibus se intromittunt. Causa enĩ dicti antiquoꝝ est q̃ imago sculpta est ad triplicitatem orientalem vel occidentalem & sic de alijs. Diuidunt aũt signa in quatuor triplicitates/ sicut diximus in libro de causis ꝓprietatũ elementoꝝ & planetaꝝ/ nec oportet illud hic iterare/ & dicit triplicitas terrea meridionalis nõ ob aliam potissime causam/ vt dicit Pto. nisi q̃a si ab ipsa eleuat ventus meridionalis diu durat/ & si ali⁹ cito desinit/ ꝓpter qd triplicitatis terree maior vis est in meridie q̃ in alijs plagis mundi. Eadem omnino de causa triplicitas signoꝝ aqueoꝝ vocat aquilonaris/ & triplicitas ignea orientalis/ & quarta aera vocat occidentalis. Imaginem aũt esse aquilonarem vel meridionalem &c. hoc idem est dictu q̃ ad talem imaginem huius triplicitatis impressam/ & q̃ nõ/ q̃ in tali vel tali plaga plus vel minus valeat/ sed tamen si tpe figurat õis imaginis fortiter flat ventus triplicitatis fortis cognoscit esse celestis effectus/ & ideo efficacior imago esse presumit. Est aũt solertissime sciendum q̃ celestes effectus speciales & obseruatas materias querũt suarum imaginũ/ & ideo antiqui qui nõ de vno lapide vel metallo/ sed modo de vno modo de alio ẜm diuersitatem celestiũ figuraꝝ ꝑcipiebant fieri materias que figurarent. Qd aũt magis isti lapides ex india veniunt q̃ȝ ex alia regione & ex Egipto: causa est q̃ virtus planetarũ in illis partibus est efficacissima/ eo q̃ ille partes aut sub equinoctiali/ aut inter equinoctialem & tropicũ/ aut in quarto climate/ & in illis locis que sunt prime vel secunde positõis planete spargunt radios ab oriente & occidente/ & aquilone & meridie & ꝯfortant suos effectus. In medio aũt climate qd est quartũ ꝓpter temperantiam

Ptolomeus

ꝯfortat̃ effectus ex qualitatibus planetaꝝ quas efficiunt in elemen-
tis/ ⁊ ideo fortiores ⁊ veriores sunt ille imagines. In alijs aūt cli-
matibus nunq̄ sunt planete in aquilone sed semper ⁊ oblique ex me
ridie respiciunt illa/ ⁊ ideo tantam virtutem nō infundunt his ima
ginibus que fiunt in his climatibus/ quantam ille que fiunt in illis
Huius aūt causa reddita est in libro de natura locoꝝ a nobis. Hoc
modo ad sapientiam habendam legit̃ rex Pirrus gestasse in digito
achatem in quo miro decore nouem muse insculpte fuerant/ ⁊ Apol
lo deus sapientie in medio in manu tenens citharam. Qđ aūt vulga
tum est de istis sculpturis q̄ sit sculptura filioꝝ israel ꝓficiscentiū ex
egipto neq̨ annuo neq̨ abnuo: scio eñ qđ legi de Moyse q̄ fecerit
annulos obliuionis ⁊ memorie post hmōi sculpturam/ ⁊ dedit vx-
ri sue a se resistenti. Traditio eñ philosophie habet mathematicas
scientias primum extitisse circa Egiptū/ a mathematicis autem sci-
entijs huiusmodi sculptura habuit exordium.

Pyrrhi annulus

¶ Cap. v. De significationibus imaginū in lapidibus.

Licet aūt absq̨ dubio ea sufficiant ad p̄ntem intentionem
que dicta sunt/ tamen ad solaciū legentiū quedam pone-
mus de significatōe imaginū/ ⁊ postea de ligaturis ⁊ su-
spensionibus earū/ ⁊ postea complebimus de lapidibus
tractatū/ vt ḡnaliter igitur ⁊ in cōmuni sit dicere/ aries vel leo vel sa
gittarius insculpti ꝓpter ignem ⁊ orientalem triplicitatem designāt
lapides illos habere ꝯtra febres ꝓprietatem ⁊ infirmitatem sicut est
ydropisis ⁊ paralisis ⁊ hmōi/ ⁊ quia calidū bene mouet dicunt̃ ge-
stantes se facere ingeniosos ⁊ facūdos ⁊ exaltare in honoribus hui⁹
mundi/ ⁊ p̄cipue leo. Gemini aūt ⁊ libra ⁊ aquarius ꝓpter triplicita
tem aereā ⁊ occidentalem si debite insculpant̃ lapidibus calidū tem-
peratū ⁊ humorem/ ⁊ p̄parare dicunt̃ ferentes se ad amicitiam ⁊ iu-
sticiam ⁊ ciuilitatem bonam ⁊ legum diligentem obseruantiā ⁊ con
cordiam. Cancer autem scorpio ⁊ pisces insculpti lapidibus ꝓpter
triplicitatem aqueam ⁊ septentrionalem temperant febres calidas
⁊ siccas sicut est ethica ⁊ causon ⁊ hmōi. Inclinant autem fm artem
imaginum ad mendaciū ⁊ iniusticiam ⁊ inconstantiam ⁊ lubricita-
tem/ huiusmodi signū est qđ dicunt scorpionem esse imaginem Ma
cumeti/ qui nunq̄ nisi mendacium docuit ⁊ iniusticiam. Si aūt scri
bantur thaurus ⁊ virgo vel capricornus isti ꝓpter triplicitatem ter
ream ⁊ meridionalem frigidi quo ad effectum sunt ⁊ sicci/ ⁊ ideo cu-
rare dicantur ferentes se ab sinocha ⁊ infirmitatibus calidis. Incli
nant etiam ferentes se ad deuotionem ⁊ religionem/ ⁊ ad opera ru-
sticana/ sicut ad agriculturam ⁊ vinearū ⁊ hortoꝝ plantatōem. Est
aūt eadem res in ꝯsideratōe imaginū celi extra zodiacū descriptaꝝ.

Ex omnibus aūt his inductis possumus psyderare vtrū verum sit qđ quidā Aristo. dicunt dixisse cum scđm rei veritatē dictū sit Auicēne. ꝙ videlicet sciant artifices alchimie species pmutari non posse/ sed similia his facere possant vt tingere rubeum citrino vt aurū videatur. ꝛ album tingere donec sit multū simile argento vel auro. vel cui voluerint corpori. Ceterum aūt ꝙ dr̄a specifica aliquo tollat ingenio non credo possibile/ sed expoliatio accidentiū nō est impossibilis vel saltem diminutio eorꝫ. Hec enī est snīa Auicēne quā dicit esse Hasten phī precipui in naturis ꝛ in mathematicis. tamē Auiceñ. in alchimia sua dicit ꝙ ptradictionem eorꝫ qui in alchimicis de pmutatione metallorꝫ ptradixerant inuenit. ꝓpter qđ ꝛ ipse subiungit ꝙ nō pmutant spēs nisi forte in primā materiam ꝛ in materiā metallorꝫ reducātur. ꝛ sic iuuamine artis deducant in speciem metalli qđ voluerint. Sed tunc oportet nos dicere ꝙ alchimicorꝫ periti operantur sicut periti medicorꝫ. medici enī periti per medicinas purgatiuas purgant materias corruptas ꝛ facile corruptibiles ꝛ impedientes sanitatē que est finis intentus a medico. ꝛ postea p pfortantia naturam iuuāt virtutē naturalem vt digerendo sanitatē naturalem inducāt. Ita enim ꝓculdubio sanitas effectus erit nature effectiue ꝛ artis organice ꝛ instru- Dr̄a specifica nō tollitur. Auiceñ. Hasten

mētaliter. Per omnē aūt eundem modū dicemus opari alchimicorum peritos in trāsmutatione metallorū. primo em̄ quidē purgant multū materiā argenti viui ⁊ sulphuris quā inesse videmus metallis. qua purgata ꝓfortant v̄tutes materie q̄ insunt ei elementales et celestes ad ꝓportionē mixtionis metalli q̄d intendūt inducere. ⁊ tūc ipsa natura operatᷣ ⁊ nō ars nisi organice. iuuādo ⁊ expediēdo vt diximus: ⁊ sic verum aurū ⁊ verum argentū educere ⁊ facere videntur. Quod em̄ v̄tutes elementales ⁊ celestes faciūt in vasis naturalibus hoc faciūt in vasis artificialibus. si artificialia formantᷣ ad modum vasorū naturaliū ⁊ quod facit natura calido solis ⁊ stellarū. hᷣ faciet ⁊ ars calido ignis. dūmodo ꝓtemperetᷣ/ sic ꝙ non excedat virtutē se mouentē ⁊ informantē que est in metallis. huic em̄ celestis inest virtus q̄ primo cōmiscuit eam. ⁊ hec inclinatᷣ ad hoc vel ad illud per artis iuuamē. Celestis em̄ virtus valde cōis est ⁊ accipit determinationem ꝑ virtutes eorū q̄ sunt subiectū eius in rebus commixtis. hoc enim mō v̄tutes celestes operari videmus in tota natura generatorū maxime in his q̄ ex putrefactiōe generantᷣ. In his em̄ videmus virtutes stellarū influere virtutes in id ad quod conuenientiam habet materia. Alchimia autem per hunc modū procedit scilicet corrumpens vnū a specie sua remouendo. ⁊ cum iuuamine eorū que in materia sunt alterius speciem inducendo ꝓpter quod omniū operationū alchimicarū melior est illa que ꝓcedit ex eisdem ex q̄bus procedit natura/ sicut ex purgatiōe sulphuris per decoctionē et sublimationē ⁊ expurgatiōe argenti viui ⁊ bona ꝑmixtione horū cum materia metalli. in his em̄ ex v̄tutibus horū omnis metalli species inducitᷣ. Qui aūt per alba albificant ⁊ ꝑ citrina citrināt manēte specie metalli prioris in materia ꝓculdubio deceptores sunt. ⁊ verū aurum ⁊ verum argentū nō faciunt. ⁊ hoc mō fere omnes vel in toto vel in parte ꝓcedūt. ꝓpter qd̄ ego experiri feci ꝙ aurum alchimicū quod ad me deuenit ⁊ simil'r argentum postq̄ vj. vel. vij. ignes sustinuit statim amplius ignitum cōsumitur ⁊ ꝑditur ⁊ ad fecem quasi reuertitur. Hec igitur omnia dicta sunt de natura speciei metallorū in comuni.

Alchimia naturalis. / Alchimia melior. / Alchimia deceptionis.

Capitulū nonū de loco generationis metallorum.

Flumina aurifera. Gñatio auri duplex.

Nunc aūt oportet adiūgere de loco generationis metallorum eo ꝙ locus multū operatur in metallicis. sicut ⁊ diximus cū de lapidibus loqueremur. Nos aūt vidimus purū aurū generari inter arenas fluminū diuersarū terrarum. ⁊ in terra nr̄a qd̄ tam in rheno q̄ in albia. Scimus etiā in terra nostra ⁊ in terra sclauorū aurum inueniri generatū in lapidibus duobus mōis. Vno quidē modo ꝙ videtᷣ toti lapidi incorporatū

ꝛ eſt lapis diſpoſit⁹ ſicut topaſion nõ ꝓſpicuus. vel ſicut marcaſita aurea. ꝛ educit̃ de lapide poſtq̃ calcinatus eſt in molẽdino facto de ſilicibus magnis duriſſimis ꝛ ꝑ ignẽ aduſtis aduſtiõe vehemẽti. Vidimus etiã aurũ in lapide generatũ nõ toti lapidi incorporatũ / ſed eſſe venã quandã q̃ trãſit vel in toto vel in ꝑte per lapidis ſubſtantiã: ꝛ hoc eruit̃ de lapide ꝑ foſſurã ꝛ depurat̃ ꝑ ignem. Argentũ aũt quattuor modis inuenim⁹ gñari. ꝛ forte pluribus generat̃ in terris alijs. Sȝ iſtos q̃ttuor modos inuenimus in terra theutonie. ego em̃ ip̃m inueni in lapide toti lapidi incorporatũ q̃d educit̃ ꝑ calcinationem molẽdini ꝛ ignẽ ſicut eſt dictũ de auro lapidi icorporato. Inueni em̃ ip̃m in venã quandã que ꝑ lapidis ſubſtantiã ꝑtendebat̃ ꝛ erat aliquantulũ purius ſed tñ aliquantulũ de calce lapidis habuit admixtũ. Inuenit̃ aũt in terra vt vena quedã ꝛ puri⁹ q̃ aliquod inuentũ in lapide. inuenit̃ em̃ in loco theutonie q̇ dicit̃ vriebeg q̇ð ſonat liber mõs aliq̃ñ molle ſicut pultes tenaces. ꝛ eſt puriſſimũ et optimũ genus argenti parũ habens de fece valde / ac ſi ꝑ induſtriam nature ſit depuratũ. Ferrũ aũt incorporatũ lapidibus inuenit̃ ꝛ etiam in terra aquoſa inuenit̃ vt granula milij habens multũ de fece ꝛ purgat̃ ꝑ multos ignes fortes ꝛ calidos cogẽtes ipſum diſtillare a ſubſtãtia lapidis vel terre q̇bus inuiſceratũ eſſe videt̃. Es aũt inuenitur in venis lapidis. ꝛ q̃d eſt apud locũ qui dr̃ goſelaria eſt puriſſimũ ꝛ optimũ ꝛ toti ſubſtãtie lapidis incorporatũ. ita q̇ totus lapis eſt ſicut marchaſita aurea. ꝛ profundatũ eſt melius ex eo q̃d purius. Plumbũ autem ꝛ ſtagnũ etiã lapidibus incorporata inueniunt̃ ꝛ inuenit̃ currens in eiſdem locis argentum viuũ ꝛ ex lapidibus q̃ñ igniũtur exſudat ſulphur ꝛ p̃cipue ex lapidibus in q̇bus eſt es ſicut in loco qui goſelaria vocatur. Omniũ autem horꝫ querit phiſicus cognoſcere cauſam. ſicut diximus in ſcientia lapidum locus generat locatum per ꝓprietates celi que influũtur eis per radios ſtellarũ. in nullo enim loco elementi inueniũtur radij omniũ ſtellarum / niſi in terra vt dicit Ptolomeus. eo q̇ ipſa ſit ſicut inſenſibile centrũ totius celeſtis ſpere. maxima autem virtus eſt radiorꝫ in loco in quo vniũtur omnes. ꝛ ideo terra mirabiliũ ꝛ multarum rerũ eſt ꝓductiua. Ad notitiã autem cauſarꝫ omniũ modorum inductor ſciendũ q̇ verum metallũ non generat̃ niſi ex ſublimatiõe naturali talis humidi q̇le dictũ eſt. ꝛ talis terrei q̇le dictũ eſt ſupius. In loco em̃ vbi terreũ ꝛ aqueũ prio ꝑmiſcent̃ ꝑ cal'. loci / vbiqꝫ mixtum eſt multũ impurũ cum puro / q̇ð impurum nõ prodeſt ad generationem metalli. Ab illo aũt loco cõcauo qui in ſe hꝫ talẽ mixturã v̾tute fumi eleuati egrediũtur pori parui vel magni ꝛ multi vel pauci per naturam lapidis vel terre in q̇bus fumus eleuatus ſiue vapor diu ꝓtenſus in

Gñatio argenti.

Ferri generatio.

Aeris generatio.

Goſelaria.

Plumbi ſtagni et argẽti viui gñatõ

se ipsum pfocatur et reflectit. et cum sit in ipso subtilius illius materie que comixta est congelatur in canna illa et in poris eius vaporabiliter comiscetur et puertitur in metallum illius generis cuius est ille vapor. et huius signum est quod in omni tali vena quod interius est, est fumosum ignobile et si in toto lapide est incorporatum metallum quod superius est/est feculentum et inutile. et ideo quod interius est melius et nobilius est. Cuius causa proculdubio est quod incensum de materia illa combustum et ignitum ascendit altius et in cineritatem per incendium est deductum et quasi in fecem et in cinerem. et ideo hoc quasi siccum et cominuibile et fragibile inuenitur. Id autem quod prefocatum est interius in visceribus lapidis in se comixtum erat vehementer et non incensum. et ideo terminatum est calore leui et lento et postea frigiditate terre congelatum. Et siquidem in circuitu locus compactus est non porosus. tunc facit vapor viam vnam vel duas vel plures secundum quantitatem sue virtutis et sue quantitatis. et secundum molliciem loci potuit vel non potuit pforare implens illa vapor conuersus est in metallum. penetratiuum enim est vehementer: cuius signum est quoniam quando funditur super terram calidum metallum aliquod diuersis vijs penetrat in terram. et hoc est sicut in figura vasis primo in loco in quo recipitur materia sicut circulus. a. b. c. et vna vena plena metallo ex vapore generato sit linea. c. d. et alia linea. a. g. et sic multis lineis sit generatum. Si autem tota substantia in circuitu est porosa insensibilibus poris: tunc eauporat materia in totam substantiam corporis circumstantis et implet eam. et pfocata in omnibus poris eius metallatur et congelatur. et efficitur tunc tota substantia lapidis vel terre circumstantis in colore sicut metallum. et metallum tunc generatur incorporatum lapidi vel materie corporis circumstantis materiam. precipue cum generatio metallorum est in montibus vel in aquis. eo quod loca illa magis sunt vaporosa et magis pfocantia vapores eleuatos in ipsis. Si enim aptus esset locus expiraret tota materia et nihil inde omnino generaretur. Aurum autem quod inter arenas generatur vt grana quedam maiora et minora generantur ex vapore et calido subtili valde quod inter arenarum materiam prefocatur et digeritur et postea congelatur in aurum purum. locus enim arenarum calidus est et siccus valde. aqua autem ingrediens claudit poros ne expiret. et ideo in se pfocatur et puertitur in aurum et ideo etiam tale aurum melius est cuius due sunt cause. vna quidem/ quia depuratio sulphuris optima est per frequentem loturam. et sulphur quod in locis aquosis est frequenter lauatur et depuratur. et hac eadem causa etiam terreum argenti viui lauatur sepius et depuratur et subtiliatur. Alia autem causa est conclusio pororum in fundo aquarum et in ripis et ideo vapor resolutus optime in se ipsum conuoluitur et pfocatur et digeritur nobiliter ad substantiam auri et congelatur in aurum. Signum autem

Generatio auri inter arenas.

ꝙ locus esse debeat talis dispositiōis vt dictū ē. est qd inuenim⁹ in operibus alchimicoꝝ peritoꝝ q̄ melius naturā imitant̄ quoniā cū elixir facere volūt qd habeat colorem ꝛ tincturā auri. primo quidē accipiūt vas inferius amplū qd totā recipiat materiā sulphuris et argenti viui depuratoꝝ vel alioꝝ que in elixir recipiūtur. Deinde cō syderant ꝙ sup istud sit vas habens collū longum strictū. ꝛ sup illi us colli foramen sit operculū ex luto in quo sit foramen valde modi cum ꝛ strictū. deinde inhumāt. hoc est immergunt fundū vasis inte rioris in cinerib⁹ vel fimo ꝛ forte in fimo equi melius est qd vocāt equi clibanū/ꝛ tunc supponūt ignem valde lentum. ꝛ qui melius fa ciunt. faciūt hec vasa vitrea/ꝛ est primi vasis dispositio sicut figura vrinalis. ꝛ scđm stat sup istud ꝛ recipit totū vaporem qui resoluit̄ ex ipso. ꝛ est ɔtactus vitreoꝝ vel vasorum linitus optime luto ne ali quid p illum locū expirare possit. receptum ergo vaporē dirigit sur sum in collum suū longum qd paulatim stringit̄ ꝛ in ipso vapor ꝑ focari incipit ꝛ cōuolui. illud vero qd incensum est de vapore euolat fuliginosum p foramen strictum operculi colli. cū ergo ꝑforatur re dit ad substantiā citrinam ɔuolutus in se ipso. qd postea acceptum tingit qdcunq̧ vis metallū in colore auri ꝛ forte pulchriorē si fuerit nobile elixir in quo in nullo errauit artifex. Mor autem vasorū est figura talis ꝙ inferi⁹ vas sit. a. b. c. d. supius aūt vas. e. g. f. ꝛ oper culū sit figura. h. sic ergo etiā erit in natura. Et propter hoc patet ꝙ om̄is generatio metalli fere inueniat̄ diffusa per venas ꝛ poros que sunt sicut collū loci in quo vas ꝑfocatur ꝛ ɔuoluitur. In lapidis au tem substātia ꝛ lapidosis locis hec generatio ɔuenientior est ꝓpter loci vndiq̧ clausurā ꝛ soliditatem. Hec ergo de locis generationis dicta sunt. Qualiter eīn inuenitur metallū aliquādo durum aliquā do molle inferius melius q̄ꝫ hic determinabit̄. Dictum est igitur de substantialibus causis metallorum per hunc modum.

Tractatus secundus Tertii libri mineraliū qui est de actionibus metalloꝝ Capitulum primū/de quo est in tentio de congelatiōe ꝛ liquefactione metallorum.

Oportet etiā ꝛ accn̄tia cognoscer̄ q̄cūq̧ p se accidūt metall̄ sicut liq̄bilia esse ꝛ ductibilia ꝛ colores ipsoꝝ ꝛ sapores ꝛ odores ꝛ cremabilitates ꝛ q̄cūq̧ talia videt̄ p se accidere ipsis. Est aūt liq̄bilitas metalloꝝ aliquid hn̄s ꝓpriū ab aliis que liquant̄. alia aūt que liquāt̄ diffluūt. nec remanet pars cū parte sicut cera ꝛ sal ꝛ huiusmodi siue calido sicco siue frigido humi do liquant̄. In metallis aūt non recedit a sicco humido. sed in ipso

soluit̃ ꝛ cum solutū est mouetur in eo quasi ip̄m deglutiuerit terreū ꝛ moueat̃ in visceribus eius. Propter ꝙ etiā dicit Hermes ꝙ genitrix metalli est terra que portat ip̄m in ventre suo/ ꝛ hec causa est ꝙ nō adheret tangēti nec humefacit ipsum. eo ꝙ siccū terreum ꝓhibet ipsum humefacere ꝛ adherere. Humidū autem ꝓhibet siccū quiescere/ꝛ sic vtrunqꝫ agit in alterū ꝛ patitur ab altero. Cum aūt metallū est in aliquo nō bene cōmixtum/eo ꝙ non vtrūqꝫ ꝯtinetur in vtroqꝫ. tunc in igne aduritur terreū ꝛ euaporat humidū. eo ꝙ humidum nō extinguit terreū defendendo ip̄m ab igne/ ꝛ terreū non tenet humidum ꝓhibens euaporationē humidi. tale metallū in liquatione sua frigidū habet multum ꝛ fetidū ꝓpter sulphuris fetorem/ꝛ scoriam ꝛ fecem relinquit plurimā ꝓpter terrei ipsius adustionē. Si qȝ aūt habet hec pura valde ꝛ optime cōmixta hoc non euaporat humidum in quātitate que sensibilis sit. nec etiam aduritur in eo terreum/ꝛ ideo fumū paucum habet non fetidū ꝛ fecem q̄si nullā sicut aurum. Coagulatio aūt ipsoꝝ non est adeo differens sicut liq̄tio ipoꝝ. Coagulatio em̄ ipsorum est a frigido cōprimente in centro sicci. humiditas aūt si sit pura radicalis siue impura superflua/ ꝛ siue sit bene commixta/siue sit male cōmixta cōprimitur vno nodo ꝛ eodē. occultata enim in centro ligat̃ ne intret macula sicci terrei. Idem aūt de his q̄ calido sicco non liquescūt sed mollescunt sicut frigidum. mollicies enim nō prouenit nisi ex solutione humidi qȝ moueri incipit intra siccum in quo ꝯtinetur inuisceratū. Ea aūt que balbutientē vt dicit Aristo. habent mixturā sicut stagnum quo plus liquescūt eo sicciora sunt ꝛ fragiliora. eo ꝙ volant ab ipso partes humide et remanent sicce non bene glutinate ꝓpter qȝ frangūtur citius. Vocat̃ aūt balbutiens mixtura que in aliq̄bus partibus mixtiōis rationem attingit ꝛ in quibusdā non/ sed est cōpositio quasi minima sicut homo balbutiens quedā verba attingit ꝛ quedā non. Et quia illa nō ad plenū mixta sunt: ideo etiā quādo liquescunt facile euaporāt. eo ꝙ non bene colligate partes dimittūt se inuicem / ꝛ tunc humidum non ꝓtegit siccum ab incensiōe / ꝛ siccum non retinet humidū ab effusione ꝛ vaporatiōe. Signū autem eius qȝ diximus est ꝙ quando plumbū ꝛ stagnum coagulata aliquādiu iacuerunt: tunc exterius q̄ diu contrahūt scabiositatem erunt fusca/ ꝛ forte nigra per longitudinē temporis qȝ contingit absqꝫ dubio duabus de causis/ quarū vna est/ quia cum cōprimit̃ p frigus ad interiora humiduꝫ relinq̄t exterius terreū ꝛ siccum/ꝛ tunc hoc inducit fuscum col'. Secūda autem est/quia modicum humidū qȝ exterius est euaporat calore circumstantis aeris /ꝛ tunc iteruꝫ remanebit fuscum terreū colorans superficiem. Propter ꝙ etiā plumbū plumbo non cōsolidatur cum

Cā adustiōis metalloꝝ.

Aristo.

extremitas vtriusqꝫ liquescit ferro cādente/nisi prius dura superfi cies radat ꝛ tollat siccum terreum qđ impedit conglutinationē. eo ꝙ conglutinatio vnius cum altero est per virtutē humidi quod influit in aliud/ꝛ non per virtutē sicci qđ stat in seipso. Sed nec cōglutinatio fit nisi postꝙ̄ rasum est vngatur sepo vł aliquo quodā pingui vnctuoso. qđ ideo fit per argentum viuū/quia in plumbo est habet humidū vnctuosum/sicut sepius dictū est. ꝛ ideo nō adheret superficiei/nisi per aliqđ habens simbolū in natura. Es autem cōglutinat ferrum ꝛ argentū pre alijs cum liquescit est conglutinatiuū metallorum. ꝛ causa est quia argentum viuū in eis est bonum ꝛ subtile ꝛ purum ꝛ gratia humoris viscosi qui est in illo fit conglutinatio. ꝛ cum est tale ꝓpter cognationem et simbolū nature penetrat in ea q̄ cōglutinant ꝛ fortiter continet ea simul. Hec igitur de liquabilitate ꝛ coagulatiōe metallorum dicta sunt. quoniā in meth. in cōmuni diximus de natura liquabilium. Es conglutinat metalla.

Capitulum secundū de ductibilitate metallorum.

Dctibilia vero videnť esse illa sola metalla q̄ magis ꝛ melius oībus alijs ducunť. Causa vero ductibilitatis in genere est q̄ dicta est supius humidū videlicꝫ in sicco clausūꝫ sed non oīno ligatū. Cum enī hoc soluiť ꝑ expulsionē algoris ligātis ipm tunc tm̄ natat in terra ꝙ etiā ferrum ꝛ lapides in ipso natāt/ꝛ nō ꝓfundanť propter impetū ebullitiōis ꝛ spissitudis humidi metallici. humidū enī quando ligatum est ꝑ algorem nihilo minus inest. ꝛ cum ꝑcutitur metallū etiaꝫ facit ipm cedere circūstando/ꝛ sic cedendo ꝓducitur ꝯtinue/sed in hac passione facultatē habent valde differentē. Aurum enī pre oībus ꝛ argentum post hoc sunt ductibilia. deinde aūt cuprum multum depuratum/ꝛ post hoc ferrum. minus autem stagnū ꝛ plumbū aurum ducitur in dilatiōeꝫ maximā. ita vt pelte fiant q̄ nentur super sericum ꝛ ponitur in picturis. Et adhuc plus cum enī ꝓducitur argentū ꝛ ponitur super aurū in sexta ꝓportione ad argentū/ vt si suꝑ q̄ttuor marchas argenti ponatur sexta auri vel minus tm̄ ꝓducit aurū quantū ꝓducere potest totū argentū. ita ꝙ nō apparet nisi colorās argentū/ꝛ si liquāť pelte ꝓducte nō apparet aurū sed argentū totū. Sed si aurum ꝑ se nō suꝑ argentū ꝓducatur tūc nō potest intantū ꝓduci/ quia nō potest portare ictus malleoꝝ sine pforatione. argento aūt supposito defenditur ab ictibus. Causa aūt ꝑfecto est subtile humidū qđ apprehendit in se siccū. hoc enim humidū cedit nō deserendo partem ꝓpinꝙ̄ sed trahēdo eam ꝛ sic ꝯtinue cedendo magis ꝛ magis produciť. Quecunqꝫ autem minus ꝓducuntur propter alterā duarum causarum hoc in ipsis contingit. aut enim magis grossum ꝛ non depuratum Cā ductibilitatis.

habent humidū qđ non est adeo dilatabile. aut balbutiētem passe sunt mixturā inquantū pducitur pars deserit partem vicinā extra quā extendit eam malleus pcutiens. Propter qđ etiā in alchimicoꝝ operatione probat̄ error incidere. quia pter multam mixturā albo rum vel citrinorum corpoꝝ cum argento viuo in confectione quam elixir vocant intrat siccum super humidū in metallis coꝝ ꝛ nō sunt fortiter cōiacentia ꝛ permixta. ꝛ ideo frequētissime scindunt̄ quando producūtur metalla que faciunt alchimici. nisi valde imitentur naturā ꝛ opus nature attingant. vl' fere attingāt sic vt supra diximus Cum em̄ miscent̄ sibi metalla sicut stagnū ꝛ es vel aliqua alia pter balbutientē mixturam amittūt ductibilitatē. ꝛ franguntur quando p cutiunt̄ malleo. eo q non pmixta sed composita/ ꝛ vnū subintrauit alterum colorans ipsum tantū. Hec igit̄ est causa ductibilitatis.

Capitulum tertium de colore metallorum.



De coloribus aūt metallorum nō est difficile determinare tres em̄ colores inueniūtur in ipsis scđm plus ꝛ minus. quoꝝ vnus cōmunis est qui est splēdidus fulgor ad modum lucis incorpate in colorato corpore. Alterū autem qui est albus habēt plura metalla scđm plus ꝛ minus ꝛ illud qđ est albissimū est argentū. post aūt stagnum. ꝛ tertio plumbū ꝛ minime ferrū. Tertius vero color est citrinus vel subrubeus quem maxime habet aurū ꝛ sub ipso cuprum. cupri em̄ color vergit ad nigrum adustum. Supponamus aūt hic q in sensu ꝛ sensato pbatum est q color sit extremitas pspicui terminati/ ꝛ tunc in quocūq3 corpe est condempsatū perspicuū clarum ꝛ purū illud est habens fulgorē quasi incorporatū colori. Perspicuū em̄ cōdensum nitet ꝛ fulget. eo q densitas eius retinet lumen p qđ metas eius nata est recipere sicut potētia prium recipit actū. Nitor ergo ꝛ fulgor metalloꝝ cōmunis erit ex aqueo subtili termiato ꝛ cōdensato in metallis. ꝛ qđcūq3 metallū habet aqueū subtilius ꝛ purius ꝛ densius illud est plus nitidum et splendidū cum politū est. quia in nō polito pars obumbrās ptem parum vel multū impedit splēdentē. Aurum autē pre oībus ista de causa fulget. ꝛ post h̄ argentū. ferrū autē optime depuratū ab alchimicis dicit̄ habere in se aliqđ argenti ꝛ vicinū esse sibi. ꝛ ideo cū politum est fulget vt speculū. Causa em̄ speculi est humidū bene polibile ꝛ terminatū. hoc em̄ recipit imagines pterea q est humidū. ꝛ tenet ꝛ cōtinet pter hoc qđ est terminatū. non em̄ sic teneret eas nisi esset incorporatū humidum ꝛ terminatū. ꝛ ideo in aere nō tenentur sic imagines que tamē recipiunt̄ in ipso. quia aer spiritualis existēs talia recipit scđm esse spirituale. ꝛ nō terminatū existens nō congregat ea in situm ꝛ figurā debitam ad repsentandū. sed est quasi via p

Tres colores metallorū.

Cā nitoris metalloꝝ.

quam transeūt imagines. ⁊ non sicut terminatū esse dans imagini-
bus. Albus aūt color in metallis causat ex humido terminato a ter Cā albe-
restri loco ⁊ subtili ⁊ digesto. hoc em̄ albissimū est vt patet in calce. diniś me
hoc aūt est fere in oibus metallis. sed quādocunqꝫ metalla hoc ha- talloꝝ.
bent terrestre lutulentū ⁊ impurum vel terreadustum illa vel fusca
sunt vt lutū vel nigra efficiunt. vt cōbustum terrestre sicut apparet Cur plū
in fuligine. Plumbū igit ad fuscum colorem semp vergit. ꝑpter terre bum fus
stre lutulentū non adustum. ⁊ stagnū minus illo ꝑpter minorē lu- cum.
tulentiā. Argentum aūt semp nitet albedine ꝑpter terrestrem locū Cur ar-
⁊ subtilem ⁊ bene digestū. Ferrum aūt ꝑpter terrestre in ipo adustū gentum
est fuliginosum ⁊ nigrū. ⁊ hac eadem de causa semp contrahit rubi- album.
ginem. cuius causa non est nisi quia terrestre adustū habet. quia qđ Cur fer-
est putredo in hūidis mollibus hoc est rubigo in ferro. epotato em̄ rū rubi-
humido remāsit aridū siccum cōbustum ⁊ redit ad cineres. Signū ginē con
aūt huius est quia maxime tunc ꝯtrahit rubiginem cū aliqđ adurēs trahat.
proicit super ipsum sicut est sal vel sulphur vel auripigmentū vl' ali
quid huiusmōi. Sed argentū non vergit ad rubiginē. sed potius in
colorem azur ꝑpter multum perspicuū qđ est in ipso ꝙ generat ex eo
colorem saphirinū qui est boni azurij. ꝑpter ꝙ hermes dux et pater
alchimie dicit ꝙ si lamine argēti liniant sale armoniaco ⁊ aceto ⁊ su Azuriū
spendant super alemech qđ est genus vasis ꝙ lamine transeūt in co ex argēto
lorem azurij. ⁊ tūc si incinerant lamine cum sulphure vt fiat puluis
⁊ rotatur desup cum aceto ⁊ zeruph qđ est herba quedā fermentabit
simul ⁊ cōplebitur azuriū. Sed verum est ꝙ multa adurūt argentū
que nō adurunt aurū. quia terreū suū ⁊ humidum suū minus sunt
depurata ⁊ minus cōmixta. ⁊ ideo quia sup argentū buliens vel cali
dum valde spargat sulphur conuertit ipsum in nigredinē/eo ꝙ adu
rit terrestre qđ in ipso est. cum aūt coquit in sale ⁊ cartaco albescit ⁊
depuratur ꝑfecto/quia talia acuta cōdemnant terrestre ⁊ cōbustum
sepant ab ipso/⁊ tunc residuū magis purum albius efficitur. Color
aūt citrinus in metallis causat ex sulphure colorāte ipsum. calidum Causa
em̄ decoquens fortiter humidū terrestri admixtū ꝯuertit ipsum ad citrinita
citrinū vel subrubeū colorem. sicut patet in sciētia vrinarū ⁊ in al- tis me-
chimicis/⁊ in lexiua rubea vel subrubea ⁊ colera crocea. Simil'r aūt talloꝝ.
mel ⁊ fel in quibus egit calor digerens fortē actionem. Si igit terre-
um est valde purum/⁊ sil'r aqueū ⁊ calor in ipis nō potest ea separe
ad cōbustionē/sed digessit ⁊ alterauit colorem eoꝝ in citrinū splendi
dum. ⁊ hec est causa coloris auri. ⁊ ideo nō aduritur sulphure proie-
cto sup ipsum. Si aūt est terrestre impurū ⁊ nō bene cōmixtum tūc
adurit ipsum calor digerēs ⁊ cōmiscens ⁊ efficit citrinū ꝙ post mo-
dicū tempus declinat in nigredinē fuliginosam sicut est in ere. ⁊ ideo

Cur statue erce antiq̃ denigrent.

omnes imagines eree antique denigrant ꝛ vasa similiter. ꝛ sulphure proiecto super es calidũ aduritur valde vehementer. est enim in ipso terreum adustum ꝛ adustibile sicut diximus ꝛ cum humido non satis permixtũ. Tanta igitur dicta sunt de coloribus metallorum.

Capitulum quartũ de saporibus ꝛ coloribus metalloꝝ.

De saporibus aũt ipsorum ꝛ odoribus simul oportet determinare, eo ꝙ odor sequela quedã sit saporis. Generaliter aũt verum est de omi metallo ꝙ ꝓpter sulphuream subam quã hꝫ aliqd hꝫ acuitatis sapor eius. qd̃ licet minime videatur in plũbo ꝛ stagno tamẽ in his ꝓbatur ꝑ illud ꝙ aqua q̃ diu currit vel stat in fistulis plũbeis vel stagneis efficitur intestinoꝝ siue viscerũ excoriatiua. De ere autẽ et auro non est dubiũ cum illa sint calida ꝛ maxime es qd̃ est aduste substãtie, ꝛ ferrum scd̃m aliqd. Ex hoc etiam est ꝙ odores eoꝝ aliquid habent acuitatis. Est iterũ generaliter verum omniũ metalloꝝ sapores ꝛ odores esse scd̃m aliquid fetidos ꝓpter eãdem de qua diximus substantiã eorum sulphuratam. magis tamen fetida ꝛ minus sulphuris malitia fracta est in ipsis. In auro enim minimũ est fetoris / eo ꝙ sulphur suũ nullam prorsus habet malitiã. eo ꝙ subtile est nõ habens nisi cõplexionalẽ vnctuositatem / ꝛ bene mixtũ sicut inferius ostendemus. Tamẽ propter similitudinẽ sue complexionis ꝛ cõpactionem minus vaporat. ꝛ ideo etiam minꝰ ꝛ pene nihil odorat. Argentũ autem habet terreũ non quidẽ adustũ sed adustibile. ꝛ ideo est magis vaporatiuũ ꝛ magis odoriferum q̃ aurũ sed multo minus q̃ es ꝛ habet argentũ in cõparatione ad es gustũ dulcem ꝛ odorem dulcẽ / sed declinãtem ad sulphureitatem paruã / ꝛ aurum habet dulciorem / sed parum immutat gustum ꝛ quasi nõ est sensibile. Ferrum aũt habet terrestre cum sulphureo parum mixtũ. plumbũ autem ꝛ stagnũ hebetes habẽt valde sapores ꝛ odores ꝓpter multam aquositatẽ que ẽ in eis. Sed magis imetallis liquidis ex odoꝝ vapore perpendũtur sapores eorum propter hoc ꝙ sapor est sequela cõplexionis magis q̃ complexionãtium. eo ꝙ cõplexionãtia aliqñ oino alios hñt sapores ꝛ odores q̃ ipsa cõplexionata. ꝛ ideo scd̃m aliquid vapor ꝛ cõplexio metalli vix deꝓhenditur odore vel sapore ipsius. Inter omnia aũt metalla magis est vaporatiuũ es ꝛ post hoc ferrum. ꝛ ideo illa inficiũt vehemẽter sapores aquarum que manant supꝛ mineras eorum. vnde aqua egrediens de terra in qua est multũ es / sicut in loco qui vocatur goslaria in quo aqua ita efficitur amara qd̃ in ea nihil omnino viuit. ꝛ est amara valde ꝛ abominabilis. Signũ autem huius est ꝙ si vinũ vel alius liquor preter aquam infundatur vasi eneo. statim inficitur amaritudine abominabili ꝙ vix bibi potest. aqua aũt non statim in

Odor et sapor metalloꝝ a sulphure

Cur plũbum et stagnum hebetes saporeſ ꝛ odores habent.

ficiat ita q immutet saporem eius ꝑpter frigiditatē naturalem aque que reprimit euaporationē. Si autem diu stet τ maxime ꝓfunde sub terra vbi calor inclusus est τ mineras eius cōtinue facit vaporare inficitur aqua sapore τ odore. Est igitur cōparatione ad omē lapidum genus sapor τ odor ꝓprium metalli/ quia etiam lapides quidā vaporant τ odorant tamē illi veri lapides non sunt/ sed sunt ex lacrimis τ gummis sicut kakabre τ gagates sicut etiā diximus in libro de lapidibus. Est tamen fetidus sapor similiter τ odor fetidus metallorum/ licet vnum in comparatiōe alterius dulcem vel alium habere dicatur saporē vel odorem. Sicci autem sunt vehementer odores eorum τ vapores. τ ideo cōferunt oculis fluentibus et nocent valde precordijs/ cuius signū est q operarij qui fodiunt metalla quando igniunt ea obstruūt os τ nares duplici vel triplici filtro/ ne vapore nimis ledanī in spiritualibus. his enī precipue nocēt sicut diximus. Tanta igitur de saporibus τ odoribus metallorum dicta sunt.

Cur vasa erea alios liquores inficiunt pter aquam.

Capitulū quintū de cremabilitate τ incremabilitate metallorum.

Est autem de numero eorum que metallis accidunt τ multū indicant substantias eorum cremabilitas siue adustibilitas τ inadustibilitas quorum causas τ differentias oportz in metallorum naturis agnoscere. Scimus autem q aqua scōm q huiusmodi nō est de numero cremabiliū/ sed potius queccūq vnctuosam habent valde humiditatē permixtā cum terrestri substātia. Scimus aūt sulphur esse valde vnctuosum τ terrestre. Aliā autem habet magis aqueā sub illa proxime natantē in partib9 rei. Tertiam aūt habet humiditatem radicitus infixam τ immersaz partibus que terminata est ad complexionē. τ ideo sola cōplexionalis non facile sepabilis ab ipsa sine totius rei destructione. Oportet igitur τ in sulphuris natura sic esse/ ꝑpter qđ precipiunt peritiores alchimici ꝑ loturas acutas sicut est acetū τ lac acetosum τ serū caprinū τ aqua ciceris τ vrina puerorum remoueri a sulphure duas ꝓprias humiditates/ τ etiam per decoctionē et sublimationes plures factas in alembico. quia vna illarum ꝓculdubio ignem nō sustinet / sed cremabilis existens cum incenditur in igne concremat substantiā metalli. quare ideo non tantum inutilis est ad propositum sed etiā nociua. Secunda autē euanida est τ euaporatur in igne. τ ideo nec illa aliquid confert proposito in alchimicis intentionibus. Tertia aūt radicaliter inherēs τ intrinseca manet/ τ ideo ꝯfert ꝓposito. Similiter aūt cōsiderandū est in argento viuo qđ est scōm elementū metallorum. illud enī qñ est purum in terrea substantia bene lotū τ subtile τ appꝛehensuz fortiter per mixturā cum humido aqueo. τ similiter humidū aqueum non est abundans nec diminutū/ sed equale com-

plexioni ꝛ viribus terrei qđ est in ipso. tunc vtrunqꝫ defendit alterũ ab igne vt diximus sepius qm̃ terreũ tunc tenet humidũ ꝛ nõ sinit ipsum euaporare / ꝛ humidũ extinguit terreũ ꝛ nõ sinit ipsum incendi. si aũt lutulentũ est terreum vel abundãs super humidũ vel diminutũ ab eo aut certe equale / sed non fortiter apprehensum in mixtura tunc incendiť ꝛ cremabitur ꝛ aduret substantiã metalli. Silr autẽ si humidũ non fuerit digestũ cõgrue cõplexioni metalli ꝛ non bene terminatũ aut abundãs aut diminutũ oportebit necessario euanescere per euaporationẽ ꝛ remanere substantiã metalli siccã ꝛ cremabilem. Secundũ hoc vero consyderandũ est in cremabilibus metallorum ꝛ est cremabile vbi aliqđ istorũ inuenitur ꝛ magis cremabile vbi plura ꝛ plura hoꝝ cõcurrũt. Auꝝ ergo purũ ꝛ bonũ ꝓpter vtriusqꝫ conditiões optimas sulphuris videlicꝫ ꝛ argenti viui minime crematur / quecũqꝫ cremant alia metalla nõ cremant ipsum / sed depurant sicut sal ꝛ later tritus ꝛ sulphur ꝛ arsenicũ ꝛ huiusmõi. Argentum aũt post hoc minus / eo ꝙ sulphur suũ habet alquid aqueitatis sulphuree ꝛ similiter suũ argentum viuũ. ꝛ ideo cum euaporat hec aqueitas tũc denigrari ꝑ adurentia primo incipit argentũ ꝛ postea aduriť adurẽtia / vt sunt sulphur ꝛ argentũ ꝛ ea que dicta sunt ꝛ plura alia qbus alchimici vtunť. Es aũt multum aduriť / quia sulphur nõ habet bene retentũ in aqueo argẽti viui ꝛ terrestre nimis. ꝛ ideo de facili crematur valde. Et vidi ego ꝙ in monte eris ligna viridia ad lapidem eris apodiata statim cremabanť ꝓpter abundantiã sulphuris ꝛ pinguedinis egredientis de lapide eris. Ferrum aũt aduritur in rubeum multũ / eo ꝙ terrestre in eo superat ꝛ incendiť. Stagnum ꝛ plumbũ nõ bene habent a lutea pingui substantia emũdatum argentũ viuũ ꝛ silr nimis est aquosa ꝛ ideo euanescẽte ꝑ ignem aquoso aduriť lutea substantia vnctuosa in ipsis. Hec igitur de cremabilitate ꝛ incremabilitate dicta sunt.

Cur auꝝ non crematur.

Cur es aduriť.

Capitulũ sextũ ꝙ generatio metalloꝝ ad se inuicẽ sit circularis.

His aũt adiciendũ est cõmune oĩbus metallis esse ꝙ propinqua est valde materia eorum. Scimus aũt ex his que in scientia perigeneos determinata sunt ꝙ inter habẽtia simbolũ in materia ꝛ virtutibus et potẽtijs naturalib⁹ facilis est trãsmutatio adinuicem. ꝓpter qđ ꝛ multorũ philosophorum quoꝝ tamen pater est hermes trimegistus qui ꝓpheta philosophoꝝ vocatur assertio est circularem esse metalloꝝ generationẽ. ꝛ ex seinuicem sicut ꝛ circularis est generatio elementoꝝ qđ etiam mihi videť verissimũ. Cum em̃ in materia nõ distent remota et ꝓpinqua sicut ex prioribus patet differentie eorum sumũtur penes vtriusqꝫ partes materie depuratas ꝛ digestas esse nõ depuratas etiam iudi

gestas. Cōtingit aūt omne impurū ⁊ indigestū depurari ⁊ digeri/ si preualent virtutes naturales digestionis. contingit etiā omne digestum molinsim pati/ aut cōmixtionem indigesti aut forte debilitatez caloris terminatiui. Contingit igit̄ materias proximas elementorū ad inuicem trāsmutari que trāsmutata necesse est ipsa ad inuicē esse trāsmutabilia. Per hunc igit̄ modum ꝯtingit circularem esse ex se inuicem metalloꝝ generationem. Probant aūt hoc experta tam in nature operibus q̄ʒ in artis solertia. In nature em̄ operibus visu proprio didici q̄ ab vna origine vena fluēs in quadā parte fuit aurum purū: ⁊ in alia parte argentū habens sibi admixtā calcem lapideam ⁊ dixerunt mihi fossores ⁊ depuratores metallorum q̄ hoc frequentissime ꝯtingit. ⁊ ideo dolent se inuenisse aurū/ quia aurū est prope originē ⁊ tunc deficit vena. Ego aūt diligenter tunc examinans inueni aliqđ genus esse vasis in quo cōuersa erat minera in aurū ⁊ aliud in quo cōuersa erat in argentū. vas em̄ q̄ habebat aurum fuit lapis durissimus in genere de numero coꝝ lapidum ex q̄bus cum calibe excutit̄ ignis ⁊ habebat aurum parū ⁊ non incorporatū/ sed in cōcauo sui cōclusum/ ⁊ modicū terrei combusti erat inter partes lapidis ⁊ auri. ⁊ erat lapis apertū habens foramen ad venam argēti q̄ transiuit ꝑ lapidem nigrū nō multum durum sed terrestrem/ ⁊ scissum est nigrū ⁊ erat illoꝝ lapidum ex quibus fiunt tegule ad tegendas domos. ꝓbatur tamen q̄ ex vno loco q̄ erat vas materie mineralis euaporauit vtrunq̄ʒ ⁊ diuersitas depurationis ⁊ digestionis diuersitate metalli scđm speciem fuerant opata. Artificium aūt experimentū est q̄ faciunt alchimici qui vnā speciem metalli si cū natura operant̄ deducūt in aliam quēadmodū dictuz est. Sic igit̄ nō est improbabile circularem ex se inuicem esse generationē metallorū ⁊ hoc solum metallum est propriū inter elemēta ⁊ cōmixta. Sed nō lateat nos q̄ in omnibus que circulares ex se inuicem habent generatiōes facilior est transitus coꝝ que in pluribus habent conuenientiā. ꝓpter hoc etiam ex argento facilius fit aurum q̄ ex alio metallo. non enim mutari oportet in ipso nisi colorem ⁊ pondus. ⁊ hec de facili fiunt. compacta em̄ substantia magis adheret pro certo pondus diminuto aqueo ⁊ aucto bono citrino sulphure cōsequenter variabit̄ color. hic autem modus est ⁊ in alijs. Tanta igitur de cōmunibus passionibus metallorum dicta sunt.

Incipit Quartus Liber in quo determinatur de metallis in speciali.



Iam ordo expostulat vt de metallis in speciali differamus qd̓ fieri non potuit/nisi prius eorū nature rationes ⁊ accidētia determinarent̄.a cōibus enim ꝓcedit speculatio vsq; ad elementa particularia sicut in principio phisicorum est determinatū.Dicentes igitur in speciali de metallis tangemus primo de his q̄ quasi vniuersalia metalloꝝ sunt sicut pater ⁊ mater/sicut dicūt metaphorice loquētes auctores alchimie.sulphur eñ est quasi pater ⁊ argentum viuū mater qd̓ conuenietius dicitur/si sulphur dicatur esse in cōmixtione metalloꝝ q̄si substantia seminis paterni ⁊ argentū viuum sicut menstruū qd̓ coagulatur in substantiā embrionū.De substantia igit̄ ⁊ de generatiōe sulphuris notandū est ꝙ cum liquescat ad calidū siccum ⁊ coaguletur frigido oportet ipsum habere aquā per ea que determinata sunt in libro metheoroꝝ.Cum aūt sit cōminuibile in puluerē quando cuditur oportet ipsum habere substantiā terrestrē siccam valde.cum illud sit facile inflāmabile ⁊ adherens.oportet ꝙ habeat substātiam vnctuosam viscosam valde vt per vnctuosam substantiā sit inflammabile ⁊ p viscosam sit adherens flāma autem ipsius est multū fumosa quasi ad saphirinū declinantē nigredinem habens colorē.Ex his igit̄ scimus ipm̄ esse cōpositum q̄si de quattuor substantijs aut de tribus ad minus:quoniā cum penetratiuū sit ⁊ attractiuū vt dicit Auiceñ.in sua simplici medicina.oportet ꝙ in ipso sit substātia ignis.ꝓpter qd̓ etiam calidū ⁊ siccum in quarto gradu pronūtiat̄.Cum aūt sit facile inflāmabile.oportʒ ipsum habere substantiā aeream/⁊ cum sit liquabilis calido sicco.oportet ipm̄ habere substantiam humidā aqueam.⁊ cum sit cōminuibile ⁊ elixabile.oportet ꝙ sit substantie terrestris.oēs aūt has substantias habet.ita abunde ꝙ in operibus ⁊ in passiōibus eius expresse ⁊ euident̄ manifestant̄. Sicut aūt in antehabitis diximus:oportʒ ꝙ habeat humiditates tres duas extrinsecas ⁊ vnā intrinsecam/⁊ hoc hic repetere nō oportet. Sed hoc obseruandū est ꝙ fumus eius indicat terrestrem substantiā que est in ipso valde ignibilem ⁊ cremabilē.⁊ fetor eius indicat ipsam esse valde indigestā ⁊ nō terminatam:sed potius calore corrūpente esse corporijs q̄ per digestionē cōpletam/⁊ hec incōplexio sui facit ꝙ potest esse materia vniuersalis omniū elementoꝝ.si eñ esset completū ad cōplexionem vnam determinantē/tunc ꝓculdubio nō esset cōuertibile ad alia nisi prius illa tolletur.sed nunc ꝓpter sui incōplexionem cōuertibile est in oīa sicut semina ⁊ alia ex quibus generātur res nature.⁊ ideo sagax natura abundat in sulphure vbicunq; est locus generatiōis metallorum.Cum aūt sit calidum necessario erit aperitiuū et terminatiuū humidi se tangentis.⁊ cum sit

Pater ⁊ mr̄ metalloꝝ Sulphur.

tum hoc siccum erit acutũ/quia calidum ⁊ siccũ est acutum. ⁊ ideo habet v̓tutes sigillantis ⁊ formantis ⁊ non recipientis. ꝓpter qđ ⁊ p̄ris ⁊ masculi semē ponit̃ a trimegisto hermete. Sꝫ obseruādũ est q̄ddam cal'm siccũ esse ꝯiunctũ humido frigido in eadem complexi one/⁊ hec complexio est hermafrodita/sicut in plantis apparet que vbiqꝫ impregnant̃ ⁊ impregnant. tale autem non est sulphur in sub stantia sua. ꝓpter qđ in suba ꝓpria non generat queadmodũ neqꝫ pater/sed sicut masculus ex substantia sua generat in alio: hoc est in sanguine menstruo. ita ⁊ sulphur facit in argento viuo ⁊ in seipso non generat omnino. Est autē in colorē citrinum ⁊ aliquādo albi- dum quasi palearem habens albedinē: hoc est sicut est albedo palea- rum tritici. cuius causa est calidũ qđ est decoquens humidũ ⁊ cōuer tens ipsum ad citrinitatem: ⁊ ꝓpter hoc videtur esse sulphur id qđ resultat in visceribus terre. Cum em̄ terrestre cōmiscetur cuꝫ aqueo calore coquente sicut in corporibus anialis cibus ⁊ chimus cibi per mixtus est/⁊ spuma illius in superficie bulliens cōuertitur ad cole- ram citrinam. Ita videtur ꝙ sulphur sit sicut spuma eius qđ com/ miscet̃ in visceribus terre. ⁊ ideo citrinũ ⁊ siccum ⁊ calidum: ⁊ si qđ est magis decoctum ⁊ magis terrestre videtur esse sicut subcitrinum ad albedinem palearē declinans. Diuidit̃ autem sulphur in viuum sulphur ⁊ fusum. viuũ autem est sicut de terra accipitur/non viuum autem fusum postq̄ est liquefactũ ⁊ non differũt nisi per accidens. Inuenitur aũt forte aliqđ ad rubedinem ⁊ forte nigredinē declinās ⁊ hoc est ꝓpter calorem adurentē ⁊ vincentem in ipso. In tantũ igi tur de natura sulphuris determinatũ sit a nobis.

Cā citrinitatis sulphuris.

Capitulum tertiũ de natura argenti viui.

Argentum autem viuũ habet substantias duas principa les scđm om̄es phisicos. vnā quidem aqueam/alteram aũt terreā sicut sepius dictum est. terreum aũt suũ aliq̄d sulphuris habet. licet dicant quidam auctores alchimie non esse in eo nisi substātiam aqueam. dicunt autem hanc aqueam calore sulphuris inspissari. cũ tamen in se non sit nisi aqua qđ oīno impossibile est/quia nos iam determinauim⁹ in metheoris ꝙ aqua non spissatur sola remanens nisi frigiditate ipsam ad terram cōuer tente/sed calore nullo modo est elixabilis. Amplius autem nos sci- mus ex p̄ncipijs phisicis ꝙ nō adherere tāgenti ꝯuenit aque ex sub- tili terreo qđ est in ipso. est aũt fortissime cōmixtiōis. ita ꝙ si subli- ment̃ solũ in vase vitreo cũ lōgo collo p̄parato semp manet idē q- tienscũqꝫ sublimet̃ ⁊ non exiccatur plus nec induraẗ nisi habeat re- spiraculũ per qđ fugiat. Est aũt argentum viuũ sicut substantia ma

terialis metallorum/sicut menstruũ est embrionis. ex quo virtute sulphuris digerentis ipm ꝛ adurentis om̃e metallũ generat. cum autẽ cõuerti incipit ad speciem efficit glandulosum primo ꝛ postea ↄstare incipit paulatim ꝛ cõuerti. Differentie aũt argenti viui sunt ꝙ quoddam est extractũ de minera sua ꝛ inuentũ viuũ. ꝛ quoddã est abstractum de lapide in quo generatũ est per adustionẽ sicut extrahitur argentũ vel aurum de lapide/ꝛ scd̃m hoc ꝓpter acumen dicit esse de genere venenorum. Est aũt frigidum ꝛ humidũ in gradu secundo ꝛ ꝓpter hoc dissoluens neruos ꝛ paraliticãs ꝛ perimẽs pediculos ꝛ lendes ꝛ huiusmodi ex pororum putredine generata. Argentũ autem viuũ cũ sulphure ꝛ sale armoniaco sublimato ↄuertitur in puluerẽ rubeum splendentẽ ꝛ iterum vstum in igne redit ad substantiã humidam ꝛ fluẽtem/ꝛ forte illud qd̃ ꝑfocatur in collo vasis in quo fit sublimatio qd̃ alutel vocat ꝛ conuertit in similitudine lapidis q̄ est in colore sicut alabastrũ qui dum postea in igne assat redit ad argentum viuũ. Sunt etiã differentie viui argenti q̃ magis in metallis q̃ in simplici argẽto viuo inueniũtur luteum ꝛ purũ ꝛ alie que supius enumerate sunt. Et est mirabile de hac materia ꝙ quotienscũqꝫ sublimat per se solum nunq̃ residet aliqd de puluere in fundo vasis/ꝛ quãdo redit ad speciem argenti viui q̃si nullus defectus inuenit in põdere. qd̃ absqꝫ dubio ↄtingit ꝓpter nimiã terrei sui cum aque substantia per mixtionẽ. sua eñ humiditas viscosa ita tenet terreũ ꝙ cum vaporat totum fert secũ in collis alutel/ ꝛ ibi ꝑfocatus spiritus eius recedit in eadem specie. ad fundũ vero indurat vl' variatur in colore vel põdere vel sapore vel odore. Est tamẽ fugiens in igne ꝛ incorporans quotienscũqꝫ metallis ꝑmiscetur/ ꝓpter qd̃ ab hermete vocatur sicut ꝛ sulphur. Dicit aũt Auiceñ. ꝙ albedo eius est ab aquositate et terreitate subtili decocta cum aere/ q̄ spũaliter interceptus est in commixtiõe ipsius. Omnia aũt ista dicta sunt vt sciat argentum viuum non esse nisi materiale in metallis. qd̃ absqꝫ dubio mortificatur per aquas acutas ꝛ per naturã ꝛ ꝑ artẽ/ ꝛ postq̃ mortificatũ est cõmiscibile est corpibus ꝛ colorat ea. vi aũt sulphuris ꝛ vapore congelat ꝛ deducitur ad duriciẽ ꝛ formas diuersorum metallorum. ꝛ ex hoc ꝙ vltra modum imbibit sicco ꝛ terreo retinetur/ne fugiat ex corporibus qbus ꝑmixtũ est in igne. Hec igit de argento viuo dicta sunt.

Cã albedinis argẽti viui

Capitulum quartũ de natura plumbi.

TErtia eundẽ modum determinatur de plumbo ꝙ minus omnibus aliis metallis addit sup materiã argenti viui propter qd̃ etiam dicit Ar. et Auiceñ. ꝙ cuꝫ fluit plumbum/ ꝓculdubio videtur esse argentum viuũ. De cõpositione igit plumbi ꝑ substantiã pro certo creditur ꝙ suũ argentũ vi

num est multū respectu sui sulphuris. ⁊ forte sulphur parum intrat in cōpositiōeꝫ plumbi ꝑ substantiā/sed multū per qualitatē. ⁊ ideo decoquit ipsum calore suo ⁊ ꝯuertit ad plumbi speciem/ sicut coagulum paruū per substantiā coagulat multū de lacte. Argentū autē viuum plumbi. in qualitate est nō bonū sed aquosum ⁊ lutulentum. ⁊ ideo i igne de facili euaporat aquositas et remanet puluis terrestris sicut cinis qui reliquit̃ ex lutea substātia plumbi. ⁊ quia vis sulphuris est in plumbo vt diximus. ideo vapor eius exsiccat argentū viuū sicut vapor sulphuris. non enī potest esse ꝙ due substantie eundem ⁊ eodē modo faciant effectum/nisi per aliqđ vnū qđ est in eis. Diximus aūt in p̄cedentibus quare haberet colorem fuscū. In effectu vero plumbū est frigidum constrictiuū ⁊ specialem habet virtutē ꝯtra libidinem venereoꝝ ⁊ contra pollutiōes nocturnas/si ex ipso circulus factus latitudinis duorum digitoꝝ ponatur circa renes ⁊ cāphora pungatur/ sed cauendū est ne frigiditate sua interius nimis stringens materiā sursum compellat ad caput ⁊ maniā vel epilensiam inducat. cauendū etiam ne paralisim inducat inferiorib⁹ membris vel stuporem. Hec igit̃ est natura plūbi in sua cōmixtiōe et effectu. Hermes aūt qui multū de transmutationibus metalloꝝ probauit in alchimicis suis sicut tradidit ꝙ si plumbi lamine sup vas cum multo ⁊ forti aceto suspendant̃/ita ꝙ vapor aceti ꝯtinue laminas illas tāgat. vapor ille condēnabit ⁊ corrumpet plumbi substantiā ⁊ in puluerem ꝯuertet qui colorem albū habet ⁊ cerusa vocat̃. Si autē acetuꝫ super ipsam laminā fundit̃ albescit multū ⁊ destruit versa vice virtutem aceti. Causa autē pro certo huius est/quia acetū licet sit hebes in substātia ꝓpter suā frigiditatem. tamen est acutū in actiōe. ꝓpter hoc ꝙ est reliquie cuiusdā ignis qui euolauit ex ipso sicut cinis est reliquie ignis i lignis. Illo ergo acumine penetrat in substantiā plūbi quando fuerit plumbū exterminatū ⁊ lauat a sordicie argentū viuum cōgelatum qđ est in ipso/⁊ facit ipsum eleuari sup superficiē lamine/sicut grana milij: ⁊ tunc albescunt ꝓpter maiorem depurationē ipsorum. Amplius aūt adhuc tradit Hermes ꝙ plumbū adustum cum eo qđ adurit ipsum sicut p̄cipue est sulphur vel arsenicum generat sublimatū obscurum colorem vermileū hoc est rubeū qui fit citrinus cum expressior ⁊ fortior sit ignis. Si tamen illa substātia cū aceto calcinetur ⁊ desiccet̃ reuertitur albus color ceruse cuius transmutatiōis causa est/quia re vera habet sulphur ⁊ argentum viuū vt diximus in sue substantie cōpositione. Cum aūt sulphur adurit̃ ⁊ alget̃ rubescit/cuius signū est ꝙ faciētes miniū faciūt ip̄m de sublimato ex sulphure ⁊ argento viuo. obscur⁹ autem est color ꝓpter lutulentiam plumbi quādo aūt fortior fit ignis. lutulētia prima consumit̃

Virtute plumbi.

Cerusa.

ꝛ clarescit coloꝛ: ꝛ cum sulphur magis exuritur q̄ argentuꝫ viuū in igne diuturnioꝛi: remittit rubedo que est ex sulphure terrestri combusto ꝛ temperat albedine argenti viui manentis: ꝛ tūc resultat coloꝛ citrinus q est sicut album qd̄ penetrat in rubeū ꝛ est temperans ruboꝛē ipsius. Sicut tamē credit Hermes si ignis foꝛtioꝛ his omnibus adhibeat ꝛ assentur ista in igne foꝛtiter tota substantia sulphuris absumit ꝛ vis aceti desttruit per euapoꝛationē/ ꝛ tunc ex pulueribus dictis sub̄a plūbi sicut pri⁹ reuertetur. nō tamen eiusdē ponderis/nec eiusdem puritatis: nec eiusdem quātitatis cuius prius fuit. Non est aūt pꝛetereundū q sicut diximus plumbuꝫ habet multam aquositatem ꝛ paruā mixturam. ꝛ ideo depurando metalla alia ꝑtegit ea ab igne sicut argentū ꝛ aurum pꝛotegunt plumbo quādo parantur. ꝛ ideo dixerunt quidā imperiti de plumbo q habet cōgregare homogenea ꝛ separe etherogenea. Et erroꝛis eoꝝ causa est quia coliquatum plumbū cum argento vel auro recurrit argentū simul ad vnū locum ꝛ lapilli simul ad alium si qui insunt/ ꝛ plumbum simul ad vnū. Errant aūt hi: ista enim cōgregatio ꝛ segregatio nō sunt ex plumbo: sed caloꝛe ignis sicut ostendimus in quarto metheoꝛoꝛum. Nec plumbū purificat argentū per se/sed p accidēs. caloꝛ eñi ignis purificat per se cōgregando purum cū puro ꝛ segregādo impurum sicut dictum est. Sed cum argentū sit humidū ꝛ ignis siccus refugeret caloꝛ ignis ab argento nisi per aliqd̄ vniret eidem/ ꝛ hoc est plūbum qd̄ calefacto in suo humido quasi elixando digerit ꝛ depurat argentū. multum aūt pondus plumbi est ex lutea substātia ipsius et humida/ cuius partes sunt multum ꝓpinque licet sint molles. eo q indigestionē passe sunt ex molinsi sicut supius determinatū est.

Cā grauitatis plumbi.

Capitulum quartum de natura ꝛ ꝓꝛietate stagni.

De stagno aūt fere sicut de plumbo determinandū est. hoc enim valde vicinas habet species metalloꝛū et parum ad seinuicē differentes/ nisi q stagnum albius est ꝛ purius. huius aūt causa nulla potest esse nisi quā ante nos assignauerunt philosophi q suū argentum mūdius est q̄ plumbi/ ꝛ foꝛte de sulphure habet parum potius virtute sulphuris ꝛ vapoꝛe excoctum in metalli speciem qꝫ multe substātie sulphuris admixtionem. Balbutientē habet valde cōpositionē: ꝛ hui⁹ causa potest esse moꝛtificatio argenti viui ex aliquo vapoꝛe dissolutio vel alia lotura aque acute que disiungit partē eius. Dico aūt vapoꝛes aut aquam nō per quam transierit argentum viuū postq̄ argenti viui acceperit speciē/ sed potius que intrant in ipsam substantiā argenti viui. tale enim aqueum iam in se fractū est ꝛ parum viscosum ꝛ facit rigescere par-

Cur stagnū plūbo albi⁹

tes terreas sibi admixtas ⁊ nō bene misceri ⁊ continuari. rigidū em̄ ⁊ induratum in sup̄ficie non bene miscetur alij ⁊ non bene cōtinuabile ꝓpinquo sibi ꝯiuncto. Hec igitur causa existimanda est esse sue balbutientis mixtiōis. Cum aūt in se balbatiat om̄ia metalla q̄bus admiscetur balbutire facit ⁊ aufert ab eis ductibilitatē: vt dicit hermes. ⁊ cum in seipso ꝓducitur cito scinditur ⁊ de facili. Cōuenit autem hoc metallum cū plumbo in hoc q̄ neutrū contrahit rubiginē: sed potius ex corrūpentibus ⁊ ex seipsis cōtrahunt squalorem ⁊ sordiciem quandā sed plumbum plus q̄ stagnum. Cōueniunt etiā in hoc q̄ neutrum est sonorꝫ multum per seip̄m. Et causa primi quidē quia non sunt habentia aliquem humorē calidum aqueū/vel valde paucū acutū qui corrumpat terreum q̄ est in ip̄is ⁊ cōuertat in rubiginem. Causa aūt rubiginis nō est nisi terrestre adustum. Causa autem secundi est mollicies ⁊ humor/quia percutit̄ molle ⁊ humidum cedit in sui empipedū. ⁊ ideo nō a tota sup̄ficie expellit aerem qui est causa sonoritatis sicut in scientia de anima ostendit̄. Magis tamen stagnum q̄ plumbū habet sonoritatis: ⁊ quia hebetē habet sonum. ideo ea que acute sonant sicut es argentū ⁊ aurum. stagnū temperat ⁊ grauat sonos eorꝫ. et ideo admiscent̄ eri i infusiōe campanarū. Qd̄ autem dicit Hermes in alchimicis q̄ stagnum ꝓpter suam nimiā siccitatem corp̄a quibus admiscet̄ frangit ⁊ ductilem materiā in eis destruit. Intelligit̄ eo modo quo dictū est ex acuto vapore vel lotura videlicet ip̄m exiccatas habere terrestres partes que sunt in ipso/ quia aliter falsum esset cū videmus ipsum esse mollius multis alijs metallis. Dicunt aūt stagnum fusum cito putrescere ⁊ plumbū manere ⁊ crescere sub diuo ⁊ in terra crescere. ⁊ probabile ego iudico q̄a cum experimentis ꝯuenire videtur. Huius igit̄ causa est que in celo ⁊ mūdo assignata est. causa em̄ corruptionis elementorꝫ est q̄ elemēta mouent̄ ad seinuicem. ⁊ cum nō fortis est ligatura mixtiōis. tunc vnumq̄dq̄ꝫ elementorꝫ euadit ab altero. Jam aūt dictum est male esse mixtum stagnū. ⁊ ideo cum igne debilitatur et a loco sue generationis remouet̄ citius alijs metallis corrumpit̄. Plumbū autem grossum est valde in substantia sua ⁊ de roribus ⁊ pluuijs imbibitis humorem paulatim mineralē facit ⁊ ad se conuertit. ⁊ ideo per diuturnitatem temporis incrementū capit aliquādo. Inuenitur autē stagnū duplex. scilicet durius ⁊ siccius qd̄ venit de anglia siue britānia ⁊ mollius aliquantulū qd̄ in germanie partibus abūdantius inuenit̄. Hec igitur de natura stagni a nobis dicta sufficiant. Hermes

Capitulum sextū de natura ⁊ complexione argenti.

De argento aūt post hoc dicemus eo ꝙ in colore scđm ali-
quid videt̄ cōuenire dictis metallis. cū autem nos nō scia
mus cōpositi naturam: nisi sciamus ex qbus quot ⁊ q̄li-
ter componit̄. oportet nos de argenti natura inuestigare
Nos aūt per antedicta iam certificati sumus ꝙ argentum viuū in
compositionē argenti venit/ quia scđm colorem eius coloratur. ⁊ ha
bet actiua illius qn̄ liquescit. tunc em̄ non adheret tangenti nec qui-
escit in supꝼicie vna/ nec oīno diffundit̄ vt aqua vel oleum vel vinū
vel alius liquor. Hec aūt tria primū argento viuo videmus inesse.
Si igitur argento liquefacto ista pueniunt: oportet ꝙ hoc sit gratia
argenti viui qđ venit in cōpositionem substātie ipsius. Cum autem
splendidissimū sit argentū fulgēs in albedine ⁊ bene polibile. opor-
tet ꝙ habeat rationē argenti viui multū digesti ⁊ depurati ⁊ ꝑ subti
lissima cōmixti. ⁊ hoc em̄ etiā habet ꝙ fetidum sit nō est tamē fetidū
sicut alia metalla de qbus iam habitum est. Scimus aūt ꝑ ea que an
te dicta sunt: ꝙ tam sulphur q̄ argentū viuū ⁊ qđlibet qđ ex sua cō-
plexione est humidū ⁊ per ignem liq̄bile habet tres humores: sicut ⁊
viuentia plante ⁊ aīalia/ quorū quidem vnus crassus ⁊ indigestus
est ⁊ enatans sicut pinguis sicut adeps vl' oleum. ⁊ hic facit res inflā
mabiles. Alius aūt est sicut flegmaticus humectās partes rerum ⁊
nō generās vel augens. Tertius est radicalis essentialib⁹ ꝑtibus rei
imbibitus/ q̄a ex ipso ꝑtes essentiales rerum constant ⁊ per ip̄m au
gentur ⁊ nutriunt̄. Argentum aūt inuenimus durū ⁊ siccum. Opor
tet igitur ꝙ ab humorib⁹ duobus superfluis sit multum emendatū et
subtilitas tertij facit optimā ipsius cōmixtionem. Cum aūt ꝓflatur
argentū odor sentit̄ sulphuratus. oportet igit̄ de substantia ⁊ q̄lita-
te habere sulphuris. habet em̄ ex colore sulphuris fermētationem ⁊
digestionē ad speciem metalli/ ⁊ de substātia quidē habet parum. ꝓ-
pter qđ etiam non colorat ipsum sulphur/ sed de virtute ⁊ qualitate
multū accipit a sulphure: quia calore eius consumptū est in eo humi
dum dupliciter de quo diximus. ⁊ tertiū cum terreo subtili optime
est cōmixtum. Calor em̄ sulphuris ⁊ vapor ⁊ maxime sulphuris be-
ne mundati ⁊ sublimati dealbat optime ⁊ digerendo subtiliat ⁊ opti
me ⁊ fortissime cōmiscet. quando etiā a sulphuris substantia duo ex
tranei humores artificio ⁊ ingenio nature purgati sunt. hoc em̄ arti
ficium omni arte certius ⁊ subtilius est. ⁊ ideo certissimū tunc habet
effectū. Tunc igit̄ habens naturā argenti viui quoniā est metallū ex
purgatissimo argēto viuo colore depurati sulphuris ad speciē splen
didam deductū. ⁊ ideo necessario albū ⁊ fulgens: ꝙ aūt sicut dictum
est exiccatū sit ostendit hoc ꝙ tinnulum est sonorꝰ valde qđ nō esset
si esset superflua infectū humiditate. Hec aūt digestio dat ei potētiam

Cur argētū tinnulum.

ad actū quem agit. inuenit enim in effectu frigidum ꝓpter argenti vi-
ui abundantiā que est in ipso / sed ꝓpter sui humidi optimā digesti-
onem ⁊ subtiliationē est ꝙ confricatū speciebus aliqbus vel etiā cō- Virtutes
mixtū valet spūalibus ⁊ precipue cōtra tremorem cordium. Sed ad argenti.
mirabile est ꝙ supra diximus ꝙ melius in hac specie metalli inuenit
molle sub terra sicut spisse pultes. cuius ꝓ certo causa est abundātia
argenti viui qd̄ fuit in locis illis. ⁊ cum ex humoribus tertius sepa-
tus est in cōpositionem argenti / tunc alij duo circa ipsum in sordicie
materie remanent. ⁊ hec albedo mollis glandulosa significans nihil
de supfluo indigesto in naturā argenti esse assumptum. ꝓpter ꝙ in
igne positū statim euaporat in naturale humidum duz mollificat ⁊
constare incipit humidū qd̄ est de substantia argenti positū ad aerē
infrigidatū coagulatur ⁊ est argentū. ⁊ litargirum illius argenti hu-
midi pre oībus valet litargiris ad elixir albū in alchimicis / q̄a litar-
girū hoc ē de humore q̄ dispositionē habet ad argentū et est aliqd
ad argentū in potentia / sicut adeps aliquid est al'is. Purificatur aūt
argentū in igne cum plumbo ⁊ tunc ꝑ vstionem exalat plumbū ⁊ se
paratur sordes ab argento sicut diximus supius. Qd̄ autem incor-
poratū lapidi inuenit tunc oportet in molēdino farinari ⁊ cōminui Purifica-
vtrunqꝫ. lapidū videlicet substantiā ⁊ argenti. cōminutis em̄ parti- tio argē-
bus ⁊ diuisis facilius vnū sepatur ab altero ⁊ substantia lapidum ti.
tunc nō exurit argentū. Sed ⁊ hoc non est silendum ꝙ aliquādo in
theutonia inuentū est multū tenax ⁊ siccuz fere depuratū. ⁊ hoc duo-
bus modis his temporibus nostris accidit. vno quidem modo in-
uentū fuit vt colūna stās sub terra ⁊ exiccatū ⁊ tenax valde ⁊ flexibi-
le. alio modo inuentū est extensum ꝑ terram sicut corde ⁊ fuit eiusdē
quātitatis: sicut illud qd̄ inuentū fuit per modū columne. Causa au-
tem figure nō fuit nisi diuersitas loci q̄ erat vt vas in quo ꝓfocatus
vapor in argenti materiā cōuertebatur. Causa aūt viscositatis et cre-
mabilitatis ipsius erat. ꝙ licet supfluū humidū in magna parte eua-
porasset. tamen adhuc aliqd adherebat extrinsecus substātie argen-
ti sicut humidū flegmaticū extrinsecus adheret membris ⁊ mollifi-
cando soluit ea. qd̄ cum purgat per ignem. redit substantia argenti
purissima. Sulphur aūt exurit argentū quādo spargit super argen-
tum liquefactū. ⁊ denigratio argenti ostendit ꝙ haurit per sulphur
sicut diximus superius. sulphur em̄ propter affinitatem nature me-
talla adurit ⁊ non magnā adustionem infert reb⁹ alijs sicut lignis
⁊ lapidibus. etiam si spargat inflāmatum super ea. Hec igit dicta
sunt a nobis de natura argenti.

Capitulum septimū de natura ⁊ commixtione eris.

Ubea aũt metalla in colore admixtione diuersa sunt a dictis: sicut satis ostendimus cũ de coloribus metallorum agereť. Habet aũt ferrum scđm se specialem determinationem extra alia elementa. Dicamus igitur eris cõpositionem supponẽtes que iam dudum ꝓbata sunt omẽ metallum ex sulphure componi ⁊ argento viuo. Ponamus igiť argentum viuũ esse bonum non feculentũ siue lutulentũ. nõ tamen ab humore extraneo omnino purgatũ ⁊ substantiã sulphuris esse feculentã ⁊ adurentez ⁊ in parte accensam: ⁊ sic argento viuo per substantiã ⁊ qualitates cõmisceri. nunc eñ absqȝ dubio cõuertit ipsum in ruborem ⁊ nõ poterit eidem ꝑpter vtriusqȝ non plenam subtiliationẽ bene misceri / ⁊ tũc efficiet es qđ nõ est oĩo bone mixtionis ꝑpter q̃d multa fex inde resoluitur / ⁊ multũ euaporat in igne quia cũ sulphur in parte incensum est. ideo quedã partes argenti viui amplius q̃ alie purificãtur ⁊ consumiť in eis superfluũ humidum ⁊ in illis partibus videbitur habere venas auri. In alijs autẽ vbi minus digestum est erit scalosum ⁊ ignobile ⁊ terrestre ꝑpter adustionem / ⁊ hanc diuersitatez in cupro qđ inuenitur in theutonie partibus in loco qui gosslaria vocatur expresse inuenimus. ⁊ ideo etiam hoc cuprũ melius oĩbus alijs estimatur tanq̃ venas auri habens immixtas / ⁊ nõ est improbabile quin sulphur illiꝰ eris sit mixtũ cũ arsenico rubeo in aliqua quãtitate. ⁊ ideo fit magis adurens sulphur illius metalli q̃ alterius. Nũc igiť scimus materiam eris / quoniã est metallum ex argẽto viuo pluq̃ oportet aliquantulũ habens per cõmixtionem adurentis sulphuris ad formã ruboris deductũ / ex qua autem natura sulphur sit adurens in p̃cedentibus satis determinatũ est. Arsenicum autem calcinatum fit quidẽ nigrum ex rubeo / sed postea ⁊ sublimatũ in alutel qđ est vas opertũ cum collo alto vt sepius diximus reuertitur album ad instar niuis / ⁊ si sepius iterentur talis calcinatio ⁊ sublimatio tunc efficitur multũ album ⁊ acutissimũ / ⁊ ex acumine eri coniunctum liquãdo penetrat in ipsum ⁊ cõuertit in candorẽ. si tamen diu stet in igne es expirabit arsenicũ ⁊ tunc redit pristinus color cupri sicut de facili ꝓbatur in alchimicis. Hi aũt qui in cupro multum operanť in nostris partibus parisius videlicet ⁊ colonie ⁊ in alijs locis in quibus fui ⁊ vidi experiri ꝯuertunt cuprum in auricalcum per puluerem lapidis qui calamina vocať. ⁊ cum euaporat lapis adhuc remanet splendor obscurus declinans aliquantulũ ad auri speciem. Ut aũt albius efficiatur ⁊ ita citrinitati auri magis sit simile immiscent aliquantulũ de stagno. ꝑpter q̃ etiam auricalcũ multum de ductibilitate cupri amittit. Et illi qui decipere volũt ⁊ splendorẽ similem auro inducere ligant lapidem: ita q̃ diutius remanet in erẽ

Gosslaria.

Cuprũ i auricalcũ vertiť

in igne nō euaporans cito ab ere. Ligatur aūt per oleum vitri tollū
tur eñ fragmēta vitri ⁊ cōuertuntur in puluerē ⁊ spargitur in te-
stam super es postꝙ̄ immissa est calamina/⁊ tunc vitrū ꝓiectū enā-
tat super es ⁊ nō sinit euaporare lapidē ⁊ lapidis virtutem: sed refle
ctit vaporem lapidis in es. ⁊ sic diu ⁊ fortiter purgat̄ es ⁊ aduruñt
in eo materie feculente. Tandē tamen euaporat etiam oleum vitri. ⁊
tunc euaporat virtus lapidis/sed auricalcū efficitur multo splendi-
dius ꝙ̄ esset sine illo. Qui aūt adhuc amplius assimilare auro intē-
dit. has purgatiōes per optesim ⁊ vitri oleum sepius iterat/⁊ loco Aurical
stagni ponit argentū ⁊ immiscet auricalco. Et hoc efficit̄ ita rutilās cū colo-
⁊ citrinum ꝙ multi credant ipsum esse aurū cum in veritate adhuc re auri.
sit in specie eris. Hermes aūt dicit ꝙ si eri liquefacto tuchia pulue-
rizata siue sit tuchia alba siue rubea ꝙ ipm̄ in colorem auri cōuertit Hermes
Quid aūt sit tuchia in sequenti libro vbi de medijs aget̄ dicetur/sed
ꝙ hic sufficit est ꝙ tuchie adustione ꝯsumitur terrestreitas ⁊ purgat̄
ab ere superfluū humidum ipsius. ⁊ ideo tunc erit pulchrius. tamen
⁊ virtus tuchie euaporat per ignem si diu steterit in igne. ⁊ ideo nisi
aliud medicamen fuerit euaporabit tuchia. ⁊ tunc erit pristinus co
lor cupri. Dicit etiā Hermes cum quo ꝯcordant experta. ꝙ si es sa-
le aspersum sup acetum vel vrinā pueri masculi virginis locet̄ pene
trabit virtus vrine siue aceti substantiā eris ⁊ cōuertet ipsum in vi-
rorem. Si aūt iterū per se solū es locetur sup raccmos expressos so
lo vapore vini ꝯuertetur in optimū colorem viridem placentē. Si
autem huic colori auripigmentū siue arsenicum approximat̄ ⁊ preci
pue adustum cōdemnando destruit virorem ⁊ inducit colorē fuscū
terrestrem ad opacitatē declinantem. Huius causa aūt ex dictis faci
le manifestat̄. est enim sal aperitiuū/⁊ ideo aperit cupri substantiam
ꝑcipue si in tenues laminas deductum sit/⁊ tunc vapor acutus aceti
vel vrine incendit ipm̄: ꝙ tamen est a sulphure nimis accenso. ꝓ-
pter qḋ humidū terrestre adiūctū leue qḋ est ignitū in ipo virorē ac
cipit sicut colera calidissima ⁊ pessima que est sicut erugo eris vt di-
cunt medici. Quoniā aūt ꝑmo vapor non est adeo acutus sicut va-
por vini ꝯiuncti/tunc nō ita intensam inducit rubedinē. ⁊ ideo ma-
net auri color placidus. Auripigmentū autē est excellenter adurens
⁊ ideo cum hoc approximat substātie sic colorate comburēt modicū
humidū qḋ est in ipso. ⁊ tunc manet qḋ est terrestre opacū. per oīm
eundem modū quo etiā colera adusta relinquit cinerem melācolicū
accidentalem calidissime melācolie scḋm expta medicine. Tanta igi-
tur de eris natura ⁊ effectibus dicta sunt.

Capitulum octauū de natura ⁊ admixtione auri.



Subiciendū aūt est his de natura auri ꝙ solū scḋm Her
metez est in quo nulla apparet egritudo. neutra eñ pars
materie ipsius est imꝑfecta ⁊ intemperata. Cū eñ sicut
⁊ cetera componat̃ ex sulphure ⁊ argento viuo est suū sul
phur lucidissimū ⁊ mundissimū ⁊ per loturas fortissimas deductuꝫ
ad puritatem ꝙ nullā omnino habet vnctuositatē cremabilem. nec
aqueā humiditatem flegmaticā euaporabilem: ⁊ forte in locis conca
uis quoꝝ solida supficies est sepius sublimatū ⁊ digestum tempera-
to calore digerente digestiōe que pepansis vocat̃. ⁊ terrea substantia
que est incorporata sulphuri mūda ⁊ subtilissima vaporabiliter su-
spensa ꝑ totam substantiā humidi radicalis ipsius sulphuris. Pro
pter qḋ relinquit̃ ꝙ calor illius sulphuris sit cōplexionalis a tēpera
mento in nullo recedēs/ ⁊ hoc est sicut virtus masculina in cōpositi
one auri. Sil'r aūt suū argentum viuū habet duas substātias ad ex
trema mūdificata. Tertiū eñ qḋ est in ipso calore est subtiliatū nō
modo materialiter diuisum / sed vaporaliter est subtilissimū terre
forte sepius sublimatū in terre ꝯcauitatibus ꝑ viuificū caloris solis
⁊ stellarum. Sil'r autē ⁊ aqueū subtiliatū per eundē modum iterate
sepius subtiliatiōis/ ⁊ cum vitrū sic insit subtiliat̃ subtiliter. Cōstat
ꝙ simul mixta ꝑ calorem ⁊ dispositionē loci ꝓfocantis ⁊ reflectētis
vaporem in seipm fortissimo nexu mixtiōis colligata sunt. Sulphur
aūt in cōpositionem auri nō venit tantū per qualitatem sed ꝑ sub-
stantiā ⁊ cum sit subtilis substantie penetrabit vbiqꝫ ꝑ argentū vi-
uum ⁊ coagulādo colorat ipm. ⁊ cū sit vtrunqꝫ sublimatiōe ad for-
mam superioꝝ elementorū deductū que in natura diafanitatis cū ꝑ-
petuo ꝯueniūt corpore habebit vtrūqꝫ pl'm puietatis. ⁊ cum spissen-
tur plurime partes materie simul cōstabunt. hoc eñ est de ꝓprietate
subtilis substātie ꝙ constans ꝑ coagulationē plurimas partes ha-
bebit in paruissimo loco. Diafanitas igit̃ contracta faciet colorem ci
trinū. ⁊ subtilitas facit ꝯsolidationem maximā / ⁊ cōstantia multa-
rum partiū simul in paruo loco ⁊ situ facit pondus/ sicut ꝓbatur ex
Cur auꝝ graue. his que in ce. ⁊ mundo rōnabiliter demonstrata sunt. Relinquit̃ au
tem ex ꝯsolidatione ⁊ temperamēto simul ꝙ aurū sit parum vapora
tiuū vel nihil/ ⁊ ideo quasi nō est odoriferum. Odor aūt licet nō sit
essentialiter fumalis euaporatio/ tamen frequēter fortis odor est cū
fumali euaporatiōe/ ꝓpter qḋ etiam relinquit̃ vlterius ꝙ aurum sit
incorruptibilius om̄i metallo ⁊ magis sustinēs ignem ꝓpter fortis-
Cur auꝝ non adūritur. sima sui cōmixtionem in mixtura. Fumalis enim euaporatio quan-
dam indicat corpoꝝ corruptionem que est minus in argento ⁊ ma-
gis in ere. Ex his habet̃ causa quare adurūt argentum que non adu
runt aurū sicut sulphur ⁊ arsenicū ⁊ quedam alia. Causa eñ huius-

modi est mixtura/ eo q omne terrestre ipsius est in humido se defendente ab vstione/ et omne humidum ipius est in terrestri se retinente ne euolet per euaporationem q conexionem Plato fedus vocat. et Empecollam germanorum. Ex temperantia autem auri habet quare est calidum et humidum conferens tremori cordis et melancolie que facit tristem. et precipue illi que facit hominem solum apud se loqui. confert autem contra has passiones siue speciebus eiusdem virtutis confricatum siue etiam sumptum contritum. Ex soliditate autem est q non contingit corpora que tangit nisi difficiliter. et ideo fertur in annulis et ceteris ornamentis. Argentum autem tingit parum/ et cetera metalla tingunt multum quod contingit: ideo quia humor vnctuosus in toto est ab eis separatus cui commixtum est terrestre adustum in eis/ et hoc contingit sicut fuligo corporis vnctuosi. Multa autem puritas materie facit q rarissime inuenitur alij corpori immixtum/ sed semper quasi purum quod cum alij permiscetur non potest retinere tantam puritatem. et ideo degenerat in es. econtra rarissime inuenitur nisi lapidibus incorporatum. Ex hoc iterum est q inuenitur vt grana arenularum frequenter/ quia tantam puritatem oportet esse paucam et ab illa materia eleuatam et quasi expulsam et ideo diuersam / tamen iam inuentum est granum c. marcharum simul. Ex his iterum constat quare hec duo metalla scilicet aurum et argentum assumpta sunt in materiam nummismatum a sapientibus antiquis. habent enim hoc speciale iuuamentum ad hominis complexionem iuuandam et consolandam et sunt durabiliora et nobiliora ceteris. Purificantia autem aurum sunt acuta et valde sicca sicut sales et precipue sales marini et fuligo corporum vnctuosorum sed siccorum et later tritus. Cum autem purificari debet aurum fit testeum vas ad modum cucurbite vel scutelle factum. et super illud vas fit simile illi et conglutinatur in loco contactuum et tenaci luto quod sapientie lutum vocant alchimici. In superiori autem sunt foramina multa per que exeat vapor et fumus et postea attenuatur aurum in laminas breues et tenues et ordinantur in vase. ita q quilibet ordo laminarum subtus et supra habet puluerem fuliginis et salis et lateris farinati commixtorum et decoquitur in igne forti donec purissimum est. et consumuntur in eo substantie ignobiles. lutum autem sapientie de quo fiunt teste fit ex testa contrita et iterum commixta et decocta. hoc enim vas in igne positum non comminuitur igne sensibili consumptione. Tamen alio modo in alchimicis preparatur lutum sapientie/ sed illud hic sufficiat quo aurifices vtuntur. Sic igitur purificatur aurum et non exuritur in eo nisi substantia ignobilis/ propter quod eleganter dicit hermes in alchimicis suis. Sulphur ipsum quadam subtili affinitate sulphuris ad quam vicinantur omnia metalla. omnia eorum perurit corpora et incinerat/ aurum vero non. pori namque eius arcti sunt et indissolubiles. Aurum tamen quod temporibus nostris abundantius

Virtutes auri.

Cur aurum non tangit

Granum auri.

Purificatio auri.

inuenit venit de boemie regno et nup in wesfale in theutonie partibus in loco qui vocat curbeth inuenit in monte quoddam aurum de quo minus cum purificatur consumitur quam de aliquo alio. et tamen minoris precii quam aliud estimatur: cuius profecto causa nulla est nisi quia nouum est et valor eius ab emptoribus adhuc non probatur. Non autem ignorandum est quod aurum quasi citrinum et croceum inuenit. quod tamen per decoctionem rubescit propter materialis principii quod album magis quam formalis quod est rubeum consumptionem/ propter quod alchimici volentes aurum facere student ad elixir rubeum quod medicinam vocant/ et studium eorum est quod quattuor in se habeat colorationes videlicet et penetrationem et inmortalitatem in igne et consolidationem et hoc vocant rubeum solis.

Elixir. Elixir autem ad argentum student habere colorationem albedinis et quod sit penetratiuum et non euaporet ab igne et habeat subtilitatem/ et hoc vocant album lune: propter quod dicit hermes qui est radix super quam omnes philosophi sui substentati sunt quod rubeum solis medicina est: album vero lune. Candor vero rubor croceum aperiunt aurum: genus autem decoctionis quod ruborem modicum per coctionem assumat necesse est. Ex predictis omnibus elucescit aliqualiter secundum quam rationem plurimi alchimistarum asserant de omni corpore elementato posse extrahi tria corpora. oleum videlicet vitrum et aurum. Patet ex sepius habitis pingue quoddam esse in omni elemento quod circumfunditur partibus. quod quia viscosum est euanescente humido aque distillat ab incenso corpore et assato/ eo quod per optesim pellitur ad interiora vbi diutius defenditur ab igne. In omni enim corpore est humidum radicale permixtum terreo subtilizita quod vtrumque tenet alterum et hoc fortissime assatum sublimando se in poris corporis interioribus quorum orificia exteriora clausa sunt per combustionem quasi per duo se diuidit. magis enim grossum et aqueum natat in corporis partibus et per fortissimum ignem effunditur vitri effusione et congelatur frigido in vitrum. magis autem purum sublimatum propter caliditatem fit croceum et effunditur effusione auri quod congelatur frigido. hoc tamen precipue est in capillis humanis verum/ quia in illis est magna virtus mineralis precipue illis qui de capite abscinduntur. quare autem hoc sit non est presentis intentionis: sed in scientia de alibus est declarandum. Signum autem huius est/ quoniam tempore meo inuentum est et visum caput hominis quod inter dentes suture superioris cranei partes multas auri pulueris habuit immixtas. fere enim vbicunque aurum inuenitur vt diximus quasi puluis et quasi grana inuenitur/ cuius causa est subtilitas et expulsio materie et sublimatio/ et huius indicium est quod inueniuntur quasi quedam guttule congelate. In poris enim vasorum naturalium prouocatus vapor cum in se reduplicatur sepius ad humorem conuertitur qui iocunditatem guttarum assumunt: et

Caput hominis

sit aliquando sunt cõcaua oblonga ⁊ quasi ex paruis composita hec fit ideo ꝙ in collo vasis naturalis vapor nec simul cõuersus est nec simul congelatus/sed pars post partem. ⁊ ideo secũda addita est prime ⁊ aliquãdo illis duabus tertia. sicut etiã fit in generatiõe grãdinis. Hec vniuersaliter a nobis de auri natura phisice dicta sunt.

Capitulum nonum de commixtione ferri.

Tandem aũt de ferro sermo habendus est. hoc enĩ ignobilius est ceteris liq̃bilibus metallis. neq; est liquabile sicut cera/sed potius liquabile molificabile. Est aũt compositio eius ex argento viuo terrestri põderoso ⁊ lutulento ⁊ immũdo valde. ⁊ ex sulphure imundo terrestri/ cuius virtus cõuertit ipm̃ argentũ viuũ in ferri speciem. ⁊ ideo est scabrosum valde ⁊ rubiginẽ de facili contrahit ꝓpter sulphuris adustionem. ⁊ fuliginat ea q̃ tangit ⁊ forte terrestris substantia eius sulphuris est atramentosa ⁊ ꝓpter hoc limatura eius confert nigredinẽ incausto. ⁊ etiam nõ purgatur ab humore vnctuoso/⁊ ideo facilis est adustionis. Huius aũt signũ est ꝙ cum pinguedo aliq̃ supponit̃ ei sicut cepum ⁊ pix aperit ipm̃. ita ꝙ stagnũ supinfusum eidẽ substantiã eius ingreditur post cuius ingressum ita frangibile effucit̃ qd̃ postea fabricari nõ potest. Adustio aũt terrestris substantie ipsius ꝓbatur per multã scoriam que ab ipso separat̃. ⁊ maxime per hoc qd̃ frequẽter vt grana quedã nigra in terra inuenitur. Secundũ hoc igitur patet quare nõ liquatur vt alia/sed mollificat̃ tantũ. huius enim causa est terrestritas ipsius ⁊ ideo elegãter dicit Hermes tarde liquefactiõis causam in ferro efficit nimia terrestritas partiũ eius ꝓhibens fluxũ eius/sed tamen in magno igne precipue sabulo ⁊ sulphure aspersum distillat̃ ⁊ depurat̃. Propter duritiã etiam eius fit ꝙ ex ipso fiunt instrumenta sicut mallei ⁊ incudes vnde cetera producũtur metalla. siccitas aũt eius facit ad fortitudinẽ acutorum angulorꝫ in ipo/ꝓpter qd̃ fit incisiuũ ⁊ perforatiuũ eorꝫ que incidi debent ⁊ pforari. Dicit etiã hermes de ipso q᷑ argentũ viuũ multum dealbans ipsum fere ad similitudinẽ argẽti ingredit̃ in substantiã ipsius cũ sulphuris ⁊ tartari hoc est lapide vini decoctione. Sulphur enĩ ꝓpter vim adurentẽ que est in eo ⁊ immaturitatẽ argentum viuum vocatur ab Hermete puigil ⁊ insidiator omniũ metallorꝫ. Argentum tamen viuum non permanet in ipso diu in igne/sed fugit ab ipso sicut ex ceteris metallis q̃bus de facili cõmiscetur ꝓpter naturalem quã cuꝫ eis habet conformitatem/nisi per ingeniũ magnum figatur ⁊ retineat̃. ⁊ propter huiusmodi fugacem humiditatẽ quam habet vocat ipsuꝫ Hermes seruũ fugitiuum. Cum igitur scd̃m dicta siccũ sit ⁊ adustũ

Causa rubigis.

Adustio ferri.

Cur ferrũ nõ liquetur.

habet operationē qd̄ confert spleni ⁊ stomacho debilitatis ex molli ficatione. ⁊ ideo p̄cipitur talibus vt bibant vinū et aquā/ in quib⁹ extinctū sit ferrū candens. Calibs aūt non est alia species metalli q̄ ferrū/sed est subtilior ⁊ aquosior pars ferri ex ferro p distillationē extracta. ⁊ ideo durior est ⁊ compactior ꝓpter vim ignis ⁊ ꝓpter partium subtilitatē que duriores efficiunt quando vrunt. Est aūt albius ꝓpter maiorem a terrestritate sepationem. ⁊ cū nimis induratur tunc scindit ⁊ percussum cōminuitur ꝓpter nimiā sui desiccationem Est aūt diuersitas aque in desiccando plus ⁊ minus: ⁊ ideo fabri q̄runt specialiter aquā in qua extinguant ferrum ex q̄bus faciunt gladios. Cum em̄ candem ⁊ in aquā mutatur indurat eo qd̄ calidū frigiditatē aque fugiens ad interiora ferri comburit in ipso materiale humidū ⁊ huiusmodi cōsumptione magis ⁊ magis indurat. Tantū igitur dictū sit de ferro ⁊ de ceteris metallis in speciali ⁊ in cōi.

Calibs

Incipit Liber Quintus de mediis mineralibus et de omnibus que cōueniunt mediis.



Uperest in hoc quinto mineraliū inuestigare naturas eorum q̄ media inter naturas lapidū ⁊ metalloꝝ esse vident. licet em̄ Auicen̄. in quarto diuidat corpa mineralia in lapides liq̄bilia sulphura ⁊ sales. Tamen videt nobis sulphur plus esse mineraliū per se q̄ argentū viuum. cedit em̄ in materie partem ⁊ vnū in alterum. Loquentes igitur de mediȷ̄s dicamus primo in cōmuni de mediorum naturis ⁊ postea sub cōpendio tangemus aliqua eoꝝ in speciali / ⁊ in hoc conplebimus nostrā in isto libro intentionē. Omne igit qd̄ in aliquo participat passionem lapidum ⁊ in aliquo participat passionem metalli dicimus esse mediū. est enim proprietas lapidis non liquefieri/ ⁊ proprietas metalli quam habet ex materia est liquefieri calido sicco. ⁊ ideo lapides sunt in genere aridorum ⁊ terre/metalla aūt sunt in genere humidorum ⁊ aque. Media igitur sunt que scd̄m aliq̄d sunt terre ⁊ scd̄m aliquid aque: ⁊ quedam q̄dem horum que sunt interiora terre illa cōstant calido ⁊ sicco. quedā autē viciniora aque ⁊ ab illis distillat aqua p calidū siccum sicut est gemma. Adhuc autē ⁊ media sunt quecūq̄ liquescunt calido sicco/sed postea ad frigus ⁊ etiam ad ignem incipiunt constare elixata. sicut enim liquesceret nisi essent scd̄m aliquid aquea / neq̄ constarent per elixationem nisi scd̄m aliquid essent terrea sicut colligitur ex doctrina methe. Amplius autem media sunt quecunq̄ ex amboꝝ substantiȷ̄s componunt

Media.

ficet nõ liquescãt ad siccum calidũ. sic em̃ media sunt om̃es scorie q̃ a mineris cuꝫ lapidosis ptibus resoluũtur: ⁊ sic media est om̃is marcasita/ que quidẽ non liquescit in igne sicut lapis/ sed tñ ipe color ⁊ pondus naturã in ea indicat esse metallinã. Amplius aũt quecũqꝫ cõminutiua sunt in substãtia ⁊ sũt aque eoꝝ multũ ꝯsolidatiue ⁊ restrictiue quãdã medioꝝ habent materiã sicut est alumẽ om̃e. Omne etiã attramentoꝝ genus mediũ esse videt̃: eo ꝙ aliqd lapidosum in substãtijs eorum inuenit̃. Causa aũt istoꝝ medioꝝ est ꝑmixtio vaporabiliter facta materie lapidis ⁊ metalloꝝ vel materie liquabiliũ: ꝑmiscet̃ em̃ cum multo sulphure ⁊ humor habens aliqd de natura argenti viui ⁊ ex taliter permixtis humoribus ⁊ vaporibus ⁊ ceteris materijs ꝯuenit quedam media inter vtraqꝫ ꝓduci a natura. Sapiens em̃ ⁊ diligens natura que omni materie complet aptitudinẽ ab extremo ad extremũ nõ transit vt dicit Ar. nisi cõpleat om̃e mediũ fecit ergo multa media inter lapides nõ liquabiles ⁊ metalla liquabilia vt in oĩbus exhibeat ꝯueniẽtia ⁊ desyderiũ boni qđ habet vnũ qđqꝫ qđ est per omnẽ modũ materie possibilẽ vt cõpleatur: Mediorum aũt natura summe notandũ ad transmutationẽ metalloruꝫ/ quia in eis consistit plurima scientia eoꝝ que vnũ in aliud cõuertere nitũtur. media em̃ sunt quasi materialia ⁊ iam superius ostẽdimus ꝙ ille qui incõuenienter intendit metallũ ad metallũ ꝯuertere. oportet ꝙ primo deducat ipm ad naturam primã. hoc est generi metallico proximã. Tunc aptitudinẽ suam iuuat a virtutibus disponentiũ facile naturã ⁊ accipit veram speciem metalli qđ intendit̃: phisice etiam ratiões que in phisico auditu determinate sunt/ ostendũt ꝙ nõ est motus de extremo ad extremũ nisi per mediũ. Est autem omniũ metallorum ꝓprium ꝙ vident̃ incompleta esse in specie. ⁊ ideo in qđlibet ꝯuertibilia. medium em̃ proprie dictum habet informẽ naturam q̃̃ formatã distinctam extrema retinent sicut in scientia de sensibilibus docebitur. In medio aliquo modo scđm formas confusas sunt extrema. Propter ꝙ extrema per ingeniũ ⁊ naturam de medijs reducũtur quando vnitur virtus vnius extremi super alteruꝫ. Sic igitur dictũ sit de medijs in cõmuni non oportet em̃ plura dicere/ q̃a cognitio mediorum est per sua extrema.

Capitulũ secundũ de natura salis ⁊ speciebus ⁊ modis.

Unum de medijs ⁊ primũ est sal de quo in cõmuni iã scimus ex scientia methe. ꝙ efficit̃ ex terreo grosso ⁊ combustum est postq̃ cõmixtũ erat aqueo. ⁊ ideo om̃e sal resolui incipit in aqua frigida ⁊ in aere frigido ⁊ humido. Est aũt sal multarũ diuisionũ. est em̃ sal marinũ siue qđ ex aqua salsa extractũ est. ⁊ est sal gẽma qđ ẽ sicut cristallũ ꝑlucidũ ⁊ i vngaria abũ

Differẽtie salis.

Sal gẽma.

dantissime inuenit. cuius cõmixtio est terrestri composita / ꝛ ꝓpter hoc facile raditur in puluerem. nõ aũt est ex solo terrestri / sed cũ habet aqueam substantiã frigiditate terre ꝛ coniũctione cõgelatam. ꝛ ex illa habet ꝙ est perlucidũ. habet etiã ex eadem ꝙ liquefit calido humido ꝛ distillat aqua ab eo terrestri suo remanente. Est iterum sal qḋ vocatur napticũ nigrum ex napta que est in ip̄o / sed cum subfumigatur liquescit napta ꝛ sepatur ab eo ꝛ tunc fit album. Est iterũ sal radicum nigrum ex se ip̄so ex multa adustione terre que est in ipso. Est etiã adhuc sal armoniacũ qui clarius est ad ꝑspicuitatem accedens. Et forte alij modi salis ꝑter istos in diuersis terris inueniũtur quoniam sal marinũ aliũ habet modũ in mari magno qḋ attingit Italiam ꝛ alium in mari occeano qḋ est ad aquilonẽ ꝛ tangit flandriam ꝛ germaniã. Hoc enim qḋ est ĩ mari magno in refluxu maris in locis vbi refluit vel in foueas deriuatũ in locis vbi stat calor solis in fundo conuertit̃ in salem qui est magnoꝝ granorum / sicut nix quedam grãdinose conuolata. Hoc aũt qḋ ex mari occeano aquilonari coquit̃ de terrestri fundi ꝛ terre marine. Sunt etiam fontes salsi in diuersis theutonie partibus ex quoꝝ aquis coquitur sal bonum et parue quãtitatis quasi farinatum. De vrina etiã hominis ꝛ precipue pueroꝝ coquitur sal ꝑ operationes alchimicas sublimationis ꝛ distillationis. Quocunqꝫ autẽ modo fiat sal in cõmuni tamẽ vnius est nature que componit̃ ex terrestri ꝙ humidũ fuit mixtum cõbusto / ꝛ quia humido permixtũ fuit. ideo combustũ est albũ / ꝛ quãto plus comburit̃ per elixationem vel assationẽ tanto efficitur albior ꝛ amarior. salsus enim sapor ꝑmixtus est amaro vt in scientia de sensibilibus determinabit̃. Propter terrestritatem aũt omne sal stipticum inuenit̃ ꝛ propter siccitatem est ipse exiccatiuus a putredine cõstrictiuus. Propter caliditatẽ simul ꝛ siccitatem est abstersiuus / ꝛ ꝗa habet acumen in sapore penetratiuũ ideo condit cibaria. Cristallinus aũt specialiter est cõsumptiuus grossoꝝ vaporum / sed quicũqꝫ calidior est dissolutiuus congelatoꝝ humorum in cõmixtis corporibus. ꝛ hoc quidem habet omẽ sal scḋm magis ꝛ minus. Similiter autẽ propter siccitatem simul ꝛ inordinationẽ pororum / cuius inordinationis causa est combustio intorquens ordinatos poros habet ꝙ est de numero cõminuibilium omniũ modorum.

Sal napticum.

Sal armoniacum.

Fontes salsi.

Virtutes salis.

Capitulum tertiũ de natura ꝛ substantia atramentoꝝ.

Natura aũt atramenti scḋm suũ genus est ꝙ est substãtia omiomera mineralis dissolubilis ꝑ decoctionẽ in aqua factã ꝑmixtam lapidose substantie que nequaqꝫ soluitur per elixationẽ. liquida eñ procul dubio primũ est genus atramentoꝝ ꝛ fuit ꝑ se coagulatũ. Cõtra etiã omni atramento scḋm

suũ genus qȯ est rancidi gustus stipticũ ꝛ adurens valde vnde ꝛ in ducit crassiã duram quãdo corpibus apponit. Est aũt pluriũ specierum. aliqȯ em̃ est album qȯ arabes vocãt al kadidis ꝛ aliqȯ rubeũ qȯ vocant assurie/ ꝛ aliqȯ citrinum qȯ vocant al kosol / ꝛ aliqȯ inuenitur viride qȯ nominãt alkacautũ ꝛ aliqȯ fuscuꝫ declinãs ad nigredinem q̃ aliquid acceperit lapideitatis. Viride aũt qȯ a qbusdã vitreolum vocat̃ ꝛ ad qȯdam incausti genus ponit̃ fortius est coagulatum q̃ citrinũ ꝛ tunicas habet grossiores. Efficacius aũt in suo genere atramenti est qȯ splendorẽ quendã auri ꝑtendit si puluis aureus in ipso sparsus obscure reluceat. Patet q̄ atramenta omnia ex terra ꝛ aqua sunt. ꝛ primo sunt liquida ꝛ postea coagulata : ꝛ iterum postea calido ꝛ humido dissolubilia. Calorẽ autẽ accipiũt scd̃m maiorem ꝛ minorẽ subtilitatẽ terrei ꝛ decoctionem eius in humido ꝛ maiorem ꝛ minorẽ perspicui aereis imixtionem quãdo terreum in aqua decoquit̃. Est aũt hoc medium lapidis ꝛ metallorum: qm̃ ꝛ cõpositionem habet lapidis ꝛ aliquãdo splendorem metallorum. Differentie atramentorum.

Capitulũ quartũ de natura ꝛ genere aluminum.

ALumen est terrestris cõpositionis. est autẽ tale terreũ qȯ grossum est ꝛ humido cõcretum qȯ a cõplemento deficit argenti viui ꝛ tamen aliqȯ accedit ad illud. Et videt̃ esse quadã vi coagulatum que quidẽ nõ est sulphuris/ sed aliquid ꝓpinquitatis habet cũ sulphure existente. Est igit̃ colore albus frequentiꝰ: ꝛ cum assatũ fuerit optesi distillat ab eo quedaꝫ aqua fere sicut a salgemma. Est autem qȯ frequentius occurrit ꝛ cuius vtilitas maior est trium specierum videlicet longum ꝛ scissibile valde qȯ in scissuris plumosum apparet ꝛ habet colorẽ argento similem. Secũdum aũt est qȯ est siccum ꝛ rotundũ vt mollis lapis ꝛ in splendore argenti/ ꝛ albedine parum declinãs a ꝑcedente ꝛ nõ est ita efficax. sicut id qȯ dictum est ꝛ hoc a quibusdã vocatur rotundũ. Tertiũ autem est siccum quasi petrosum declinans ad citrinitatẽ: ꝛ hec omnia tria sunt de facili puluerizabilia. duo aũt prima sunt calida sicca multum exiccatiua ꝛ cõstrictiua. Tertium aũt non habet stipticitatẽ licet sit petrosum. aqua etiam in qua sepius lauat̃ primum genus quãdo est antiquũ ꝛ sepius colatur ꝑ ipsum aqua effic̃t vltra modum consolidatiua ꝛ coagulatiua diuersorum corporum. Propter hoc ipsa vtũtur alchimici in illa lotura quã lac virginis vocant de quo alibi fecimus ꝛ faciemus adhuc mentionem. Fertur aũt inueniri alumen humidũ ꝛ hoc esse sicut bitumen vnctuosum qȯ multũ ẽ cremabile deficiens in odore aliquantulũ a sulphuris vnctuositate ꝛ cremabilitate ꝛ huiusmȯi aluminis speciem quandã dicant esse naptam. Tria genera aluminis.

Capitulum quintũ de modo ꝛ natura arsenici.

A Rsenicū autem licet lapis quidā aliquādo sit de quo in secundo mineraliū libro fecimus mentionē. tamen quia plurium modoꝝ inuenit: oportet hic melius de ipo ꝑtractare. Nō aūt dubiū est quin sit terree nature combustū habens aliqd de vnctuositate sulphuris. ꝓpter qd cognationem habet cum sulphure. ꝛ humor sulphuris est multū penetratiuus in metalla ꝓpter cognitionem quā habet ad ipsa ꝛ adurens ea. ꝛ cum arsenicum sit acutius plus efficitur adurēs. Est aūt puluerizabile calidū ꝛ siccum sed est calidius ꝙ siccū. ꝛ ideo putrefactiuū est ꝛ valde mordicatiuū. Inuenitur aūt ꝛ trium modorum album videlicet ꝛ citrinum qd est cōmuniꝰ ꝛ puluerizabilius albius ceteris ꝛ auripigmentum vocatur. ꝛ rubeum ꝛ melius in genere illo est qd imbibitā sibi habet rubedinem cum quibusdā alijs vijs/ꝛ forte multoꝝ aliorum modorum inuenitur scdm materie diuersitatem.

Capitulum sextū de natura ꝛ modo marchassite.

D E marchassita etiam de qua secundo huius scientie fecimus mentionē. hic interponere oportet subtilius: quoniam in veritate marchassita habet naturā tam lapidis ꝙ metalli. ꝛ ideo verius illud mediū est ꝙ aliqd alioꝝ. habet em̄ substantiā lapidis terrestrem ꝑ calidum siccū non solubilē/ sed calcinaꝛ per cōbustionem in forti igne sicut lapis. pondus aūt ꝛ splendorē habet metalli ꝛ est pōderosa multū. nō tamen vnquā metallum distillat ab ea sed potius euaporat in igne/ꝛ tunc lapis in calcem ꝯuertiꝛ. cuius causa profecto est/quia metallū qd est in ipsa complete ad speciem suā non ꝑuenit. Si em̄ aurea marchassita speciē auri ꝑfecte haberet nō euaporaret ex ipsa aurū sed liquareꝛ ex ipsa. habuit igitur materiā ꝛ colorem metalli sed non speciē. ꝛ ideo euaporando euanescit quādo assatur igne assatiōe forti. Marchassite aūt sunt tot genera quot species metalloꝝ. Est autē aurea ꝛ argentea sed aurea raro inueniꝛ. argentea aūt frequēter. stagnea aūt raro ꝛ plūbea/ꝛ est qlibet marchassita de natura ꝛ commixtiōe aliqd hn̄s sup naturā lapidis ꝛ metalli: illius cuiꝰ siītudinē ꝓtendit in colore. est tamē dura ꝛ pōderosa: dura quidē ꝓpter lapidis duriciē ꝛ excoctionem ꝛ assationē. ponderosa aūt ꝓpter lutulentiā nō purgatam. hic aūt lapis a phis antiqs lapis adesterū vocaꝛ qd sonat lapis lumis ꝓpter iuuamentū qd confert visui ꝑcipue marchassita aurea. est aūt in qlitate naturali calidus ꝛ siccꝰ in effectu ꝯstrictiuus ꝛ calefactiuꝰ ꝛ maturatiuus ꝛ resolutiuus ꝛ fortis in effectibus istis. Fertur aūt ꝙ suspensus collo pueroꝝ aufert timorē ab eis. In alchimicis etiaꝫ iste lapis principalis cibus est: cū ꝗ cibatur argentum viuū ad elixir album ex argentea marchassita ad elixir rubeum ex aurea.

Finis.

Experimenta contra demones et maleficia Arnaldi de villa noua.

Fel canis masculi nigri domui aspersum demonē pugnat ne maleficiū damnū inferat/canino san. parietes domꝰ aspersi ab om̄i purgat maleficio. Fel alicuius piscis ꝛ maxime lausularū si spōsus ꝛ sponsa secū habeāt dum eant dormitū ꝛ ponant supra carbones viuos ꝛ inde suffumigentˀ omnia supradicta maleficia euanescūt. si argentū accipiatˀ ꝛ calamo vel canna immittatˀ cum cera cooperta nesciēte sponso ꝛ sponsa nullū maleficiū eis obest. Si caprinū in domo tua posueris om̄ia demonia fugient gilbertus. Item cor vulturis portatū fugat ꝛ om̄ia demonia a peccante ꝛ om̄es feras ꝛ facit hominē gratiosum om̄ibus hominibus ꝛ mulieribus ꝛ abundantē ꝛ intentiosum. gilbertus. Item auis pica vel assata vel elixata comesta sanitatē reddit velociter infirmātibus ꝛ in incantatiōe trufatos soluit ꝛ sanat ꝛ asperitatem tribuit. Gilbertus. ad tollendū maleficium ℞. de tyriaca magna cum succo ypericon ꝛ emplastra renibus. Gilbertus. Itē in calamo vel auellana cōcaua ponatur argentū viuū ꝛ supponatˀ ceruicali maleficiorū vel ponatˀ sub limine hostij per qꝺ intrat soluitur maleficiū. Itē corallus si teneatˀ in domo soluit omnia maleficia. diascorides. Item

sang. canis nigri linitis parietibus omibus domus in qua est tollit maleficiũ. sextus ab octo. Item si qs maleficiatus fuerit ad nõ amã dũ aliquem vel aliquã / merda illius quem vel quã diligit ponat in sotulari dextro amãtis ꝛ calciet se q̃cito sentiet fetorem soluet maleficiũ expertũ est. Item arthemisia. i. matricaria sup limine dom⁹ posita vel supposita facit vt nullum maleficiũ noceat illi domui. Item si luna noua decollaueris vpupam ꝛ cor eius palpitãs transglutias scies omĩa que fiũt etiã mentes hoim etiam multa celestia. Itẽ ypericon si teneat in domo demones fugant. ideo dicitur a multis fuga demonis. Itẽ lapis q magnes dicitur portatus discordiã inter virũ ꝛ mulierem vel vxorem sedat oino. Item fumiget cum dente homis mortui trito. Item bibat herbã que trãsiuerit p mediũ lapidis pforati. Item squilla integra suspensa in limine domus tollit maleficium. Item rad. brionie si tecum portaueris omĩa maleficia fugient. Item si vir portauerit cor cornicis ꝛ vxor femine semper bene comedunt. Item si qs portauerit radicẽ yringi nunq̃ insidias alicuius demonis sustinebit. Item si sub vestibus demoniaci ponat dicta radix demoniacus confitebit quis est qd est ꝛ vnde est ꝛ effugiet. Item si fiat maleficiũ contra sponsum ꝛ sponsam virgines vt spõsus spõsam carnaliter cognoscere nõ possit. suscipe vnã parapsidẽ vel vnã taceam in cuius medio scribas crucem ꝛ hec q̃ttuor nomina in quattuor certis lateribus auis grauis seps sipa / ꝛ in circuitu tacee interius scribas euangeliũ sancti Joannis totum completũ post sumas aquã benedictam si potes vel vinũ vel aliam aquã si non potes habere aquam benedictã ꝛ pone in tacea illa cum digito totam litterã illam in illa ablue ꝛ cũ deuotiõe ambo bibant ꝛ in dei noie capiant probatũ est. Item facias scribẽdo in. iiij. certis lateribus hoc nomẽ tetragramaton seruata forma supradicta si scires tu scribere dic qd significat per hoc nomen tetragramaton qd est scriptũ si habet litteras hebraycas efficacissimũ est / post facies predicta. s. euangelium etiam ꝛ omnia dicta scribat vnus infans virgo coronatus. Item sume infantẽ virginem ꝛ in die veneris vl' sabbati vel dominico in horam ante ortum solis stet ante rubum ꝛ salutet virginem mariam que per rubũ fuit figurata / postea dicat ter pater noster ꝛ ter signet rubum in noie patris ꝛ filij ꝛ spũssancti amen. ꝛ tunc colliget de folijs eius ꝛ floribus si sint ꝛ fructibus vel de folijs tantũ si alia desint tres pugnos ꝛ recede ꝛ cum fueris in domo spõsus ꝛ spõsa claudãt se in camera / in qua ponat focarium plenũ carbonibus incensis et vnusquisq̃ eorum ad partẽ oret deum q deus ministret fructũ matrimonij vsq̃ ad sui seruitiũ quo facto sumat folia rubi ꝛ flores si sint ꝛ ponant supra carbones incensos ꝛ perfumabunt totam came

ram ⁊ serpens fugiet ⁊ signatis se signo crucis coeant in dei nomie.
Item aliter de eodem ad frangendū omne maleficiū confiteaṫ vtiun
ꝙ de peccatis suis fideliter ⁊ audiant ambo missam ⁊ cōmunicent
diuidendo corpus christi per mediū facta monitione ne ipsi coeant
propter luxuriā/sed ꝓpter fructū matrimonij.credo etiam ꝙ si ma-
leficiū esset solum in vna persona ⁊ confiteret fideliter ⁊ cōmunica-
ret soluerent oīa maleficia. Item si maleficia fiāt in campis vel vi
neis fiat qḋ supra dixi de euangelio sancti Joānis scriptum per ma
num ifantis virginis ⁊ illa aqua spargaṫ in quattuor angulis cam-
pi illius ⁊ in medio fiat vna crux dicendo.exorciso te immūde spūs
vt hūc locum deo dedicatū egrediaris ⁊ ad locū tue sempiterne dam-
natiōis pergas.hoc dicto spargas aquā faciendo crucem in quattu-
or angulis in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti amen.

Excusa Auguste Vindelicorum impensis Sigismundi Grim
medicine doctoris ⁊ Marci Wyrsung. Anno virgi-
nei partus. M. D. xix. die vero decimase
ptima Februarij.

zieht die Druckerei noch
immer heraus, so daß kein
Ende wird. Dabei sind es
nur mehr 5–6 Bogen, was
den hundert fertigen gegenüb.
doch nichts bedeutet.
M. d. b. Gr. Ihr
erg.
H. St.

Herrn
Dr. J. Wannstädter
von H-Stadler.
München
Kreitstr. 28.



19

Sehr geehrt. H. Dr.!
Die Sache mit den mineral.-chemischen
Albertusschriften ist sehr einfach: Echt ist
nur de mineralibus et metallis; sonst
ist alles, was mir bisher untergekommen, falsch.
Man kennt die echten sicher am Stil, der
so eigenartig ist, dass jede Verwechslung
ausgeschlossen ist. Die Pseudepigraphen geben
sich auch gar keine Mühe dem Original
gleichzukommen. Meine Ausgabe ist längst
fertig gedruckt, aber mit dem Index

